BIBLIOTHECA

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

TEVBNERIANA

IOANNIS CABALLINI DE CERRONIBUS

POLISTORIA DE VIRTUTIBUS ET DOTIBUS ROMANORUM

RECENSUIT

MARC LAUREYS



STVTGARDIAE ET LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXCV

Gedruckt mit Unterstützung der Förderungs-
und Beihilfefonds Wissenschaft der VG WORT GmbH,
Goethestraße 49, 80336 München

Die Deutsche Bibliothek — CIP-Einheitsaufnahme

Johannes ⟨Caballinus de Cerronibus⟩:
[Polistoria de virtutibus et dotibus Romanorum]
Ioannis Caballini de Cerronibus Polistoria de virtutibus et
dotibus Romanorum / rec. Marc Laureys. —
Stutgardiae ; Lipsiae : Teubner, 1995
(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)
ISBN 3-8154-1128-9
NE: Laureys, Marc [Hrsg.]

Printed in Germany
Satz: DW & ID Repro- und Satzzentrum GmbH
Druck und Bindung: Druckhaus „Thomas Müntzer“ GmbH, Bad Langensalza

HERIBERTO BLOCH

DE STUDIIS ROMANIS
ET AUGENDIS ET FOVENDIS
UNICE MERITO

PRAEFATIO

De Caballini vita et opere

Doctos quidem inter homines satis constat urbem Romam pristinam in dignitatem tum demum esse revocatam humanioresque ibi litteras tum demum novo quasi flore reviruisse, cum Eugenius papa IV, composito Christifidelium schismate conciliorumque difficultatibus expeditis, anno 1443 sedem apostolicam in Urbe postliminio fixisset. Quod cum ita sit, fatendum tamen est saeculo ante inter exules Avenionenses iam fuisse qui Romam instaurandam censerent. His autem post cives eos Veronenses et Patavinos, qui praehumanistae dicuntur, antesignanus quasi quidam erat Franciscus ille Petrarca, litterarum cultor, antiquitatum investigator, aequalium incitator, vir dignus sane qui humanistarum nuncupetur pater. Quis enim ea aetate in litteris Romanis magis versatus? Quidve laureatione illa anno 1341 Romae in Capitolio sollemniter acta praestantius, quo Urbs aeterna prolapsa iam iamque moribunda e cineribus resurgeret?

In numero autem asseclarum Petrarcae Avenionensium erat Ioannes Caballinus de Cerronibus[1], qui aposto-

1 De vita Caballini enucleate disputavit Diener, 1974 (qui etiam commentationes superiores memoravit); quem brevi hac praefatione magna ex parte secutus sum, hic illic quaedam memoratu digna addens.

licae sedis scriptoris officio ab anno 1325 usque ad annum 1349, quo mortem obiit, perfunctus est. Uberrimum opus de Romanorum rebus gestis antiquitatibusque conscripsit, cui *Polistoriae de virtutibus et dotibus Romanorum* titulum significanter praemisit. Quae quidem *Polistoria* nobis exstat documentum haud indignum litterarum Avenione in urbe illis temporibus quasi altera quadam Roma conscriptarum.

Ioannes Caballinus saeculo decimo tertio exeunte, ut videtur, natus est clara e gente[2], cuius erant Petrus Caballinus pictor (ca. 1250–ca. 1330), quem Ioannis nostri patrem olim credebant homines docti[3], et Ioannes Cerroni rector urbis Romae[4] (1351–1352). De Ioannis Caballini pueritia studiisque nihil nobis innotuit. Nullum enim extat testimonium superius anno 1325, quo ecclesiae Sanctae Mariae Rotundae canonicus dicitur. Ex eodem autem instrumento discimus eum id temporis in numero rectorum Romanae fraternitatis fuisse. Quae fraternitas, cum omnes urbis Romae clericos saeculares complecteretur ac res ecclesiasticas urbis, pompas, exsequias omnimodasque vitae religiosae celebrationes, praestaret, magna

2 Posteriore saeculi decimi quarti parte nonnulli Cerronum gentis bobacterii Romae plurimum valebant. Vide Gennaro, 1967, imprimis pp. 180–183; Broise-Maire Vigueur, 1983, pp. 118–121 et 136–138.

3 Petro Fedele (1920, pp. 157–158) adsensi sunt, exempli gratia, Valentini-Zucchetti, 4, p. 11; Hetherington, 1979, pp. 4 et 154; Guglielmi Faldi, 1979, p. 776. In contrariam partem disseruerunt, exempli gratia, Moscati, 1955, p. 398; Palma, 1979, p. 785; Gardner, 1980, p. 256. Nodum expedire noluit Tomei, 1993, pp. 586–587.

4 De eo lege quae scripserunt Gregorovius, 1903, 11,7,2; Salimei, 1935, p. 116; Duprè Theseider, 1952, pp. 624–629.

gloria florebat magnasque habebat opes[5]. Ideo dubium non est quin Caballinus res Romanas ex officio penitus cognoverit.

Eodem quem diximus anno Caballinus Avenionem migravit ibique apostolicae sedis scriptoris munus suscepit[6]. Quod cum officium perquam humile esset, ad ampliorem tamen cancellariae gradum Caballinus numquam (quantum scimus) est promotus. Immo neque ad alios honores curiales accessit, neque abbatibus prelatisve Romanis consuluit, neque in cuiusquam cardinalis familiam receptus est, sed vitam ibi egit, ni omnia fallunt, inconspicuam atque ab honoribus, quibus Romae gavisus erat, longe diversam. Utcumque est, officio scriptoris usque ad supremum paene diem perfunctus esse videtur. Romae tamen ante mensem Iulium anno 1349 e vita eum decessisse docent Clementis papae VI registra[7].

Verum Caballinus non totam aetatem in instrumentis curialibus scribendis consumebat[8], sed etiam studiis litte-

5 De Romana fraternitate vide Diener, 1974, pp. 155–156; Baumgärtner, 1989; apud quos commentationes superiores invenies.

6 De apostolicae sedis scriptoribus docte disceptavit Schwarz, 1972. Vide insuper Barbiche, 1970 et 1972.

7 Vide Diener, 1974, pp. 155 et 160–161.

8 Hae bullae a Caballino scriptore subscriptae sunt notae: Sauerland, 1902, p. 391, n. 846 (subscripta: *Jo. Caball.;* data: 17/10/1325); Barbiche, 1982, p. 207, n. 2737 (subscripta: *Jo. Caball.*; data: 5/8/1329); Schwarz, 1988, p. 105, n. 246 (subscripta: *Jo. Caballin.*; data: 7/1/1331); ASV, *Instr. misc.*, 1332 (subscripta: *Jo. Caballin.*; data: 30/9/1336); Barbiche, 1982, p. 252, n. 2847 (subscripta: *G(ratis) R. pro Johanne Andree infirmo Jo. Caball.*; data: 27/5/1342); quas mecum per litteras communicavit Brigida Schwarz; eadem ad me scripsit Caballinum anno 1343 beneficium in diocesi Carcassonensi petisse nec obtinuisse, cano-

rarum operam navabat. Duo enim codices ad hunc diem reperti sunt, quos Caballinus Avenione comparavit adnotationibusque auxit. Horum est alterum *Libri Pontificalis* exemplar notissimum idemque gravissimum, sive codex Vaticanus Latinus 3762[9], quem ante Caballinum possederat Landulphus Colonna, canonicus Carnotensis. Alter codex, Vaticanus Latinus 1927, est Valerii Maximi exemplar[10], cuius commentarii a Caballino margini adscripti[11] cum *Polistoria* arcte coniuncti sunt; haud mirum si Valerius Maximus ad res Romanas cognoscendas Caballino singularis fuit auctor et fons. In universum vero aestimanti Caballini adnotationes tam copiosam tamque insignem humanitatem prae se ferunt, ut inter primos humanistas condigne numerandus esse videatur[12].

nicatum tamen ac beneficium Romae ad ecclesiam Sancti Ioannis in Laterano accepisse (ASV, *Reg. Suppl.*, 4, fol. 178r).

9 Hunc codicem abunde descripsit Prerovsky, 1978, 1, pp. 3–38 (qui Caballini manum littera g notavit); vide etiam quae dixerunt editores superiores: Duchesne, 1955, 2, pp. XXIV–XXVII; Mommsen, 1898, p. CIII. De eo fusius disputavit Billanovich, 1958, pp. 109–128; 1981, pp. 123–175. Caballinum huius codicis postillatorem significavit Campana (1975, ubi pro *Petro Ioannes* legendus est; cf. Billanovich, 1958, p. 136, cum n. 3; 1981, p. 160, n. 2); vide etiam Moscati, 1955, p. 400, n. 25. Duas codicum Vat. Lat. 3762 et 1927 adnotationes similes iam prius contulit Mercati, 1945, pp. 14–16.

10 Hunc codicem recenter descripsit Pellegrin, 1991, p. 488–490.

11 Has adnotationes ab oblivione vindicavit Sabbadini, 1914, pp. 47–50; vide etiam Miglio, 1981, pp. 359–366; Schullian, 1984, pp. 334–336.

12 Alio etiam modo Caballinus humanistae fama olim florebat. Nam Angelus Silvagni, vir de syllogis epigraphicis optime meritus, Caballinum syllogen Signorilianam quae dicitur colle-

Caballinus nihil nisi *Polistoriam*, quod sciamus, conscripsit. Quod opus paulo post 1345, ut videtur, confecit[13] et Clementi papae VI dicavit. In *Polistoria* urbem Romam eiusque viros illustres laudibus extulit necnon res gestas, monumenta, antiquitates Romanas descripsit itaque se ad scriptorum urbis Romae chorum adiunxit, *Mirabilia* doctrina ingenioque supplantavit ac longam seriem tractatuum de antiquitatibus Romanis instituit, quorum prima culmina, *Romam instauratam* et *Romam triumphantem*, in lucem protulit Flavius Blondus.

De testibus manu scriptis

Polistoria in quattuor codicibus manu scriptis legitur[14]:

G = Guelpherbytanus Gudianus Latinus 47[15], membranaceus, saeculi decimi quarti medii, foliorum 35. Conscriptus est codex Avenione, ut videtur, ab una manu Itala littera Gothica textuali. Praeterea manus aequalis, quae scriptura Itala *cancelleresca* vulgo nominata insigni-

gisse aliquandiu arbitratus est; hanc se sententiam corroboraturum esse pronuntiavit (1921, p. 204, n. 3; quod fugit Palma, 1979, p. 786), nec tamen postea confirmavit (*Inscriptiones Christianae*, 1922, p. XXX, n. 1, et pp. XXX–XXXI), immo vero aliter sensit (1924, pp. 182–183). At eo auctore nihilominus Caballinum sylloges Signorilianae auctorem duxerunt Dessau, 1927, p. 3; Cardinali, 1932, p. 72; cf. etiam Burdach-Piur, 2, 1928, pp. 314–315, n. 2.

13 De tempore quo Caballinus operi suo finem imposuit vide Urlichs (ed.), p. 139, quem secuti sunt omnes viri docti qui post eum de Caballino dixerunt.

14 De codicibus succinter disseruit Diener, 1974, pp. 163–170.

15 Cf. Fabricius, 1858, p. 348; von Heinemann, 1913, p. 110, nr. 4352; Diener, 1974, p. 163.

tur, quamque Ioannis Caballini esse mihi persuasi, menda quaedam castigavit, paucas adnotationes textui adspersit et complures locos operi addidit. De viris qui ante Gudium hunc codicem possederunt nihil accepimus. Codex omnis magna cum cura exaratus pictisque litteris initialibus auctus est. Verba distinxit locosque insignes linea notavit lector aliqui recentior. Item tres incerti auctoris maniculae locos lectu dignos significaverunt. Codex Guelpherbytanus quin ad textum *Polistoriae* constituendum sit primarius, nemo erit qui dubitet.

N = Novariensis XLII[16], membranaceus, miscellaneus, foliorum 92. Constat duabus partibus quae ante annum 1494 coniunctae sunt, ut ex inventario eo anno composito patet. Prior pars duos Ambrosii tractatus continet, anno 1399 Pisis scriptura Gothica textuali a presbytero Alferio de Ierusaleis iussu Ioannis Capogalli episcopi Feltriensis Bellunensisque exaratos. Altera pars, cui *Polistoria* inest, simili littera Gothica textuali conscripta est inter annos 1386 et 1394, cum a Ioanne Capogallo abbate monasterii S. Pauli extra Muros esset petita. Uterque codex post Ioannis Capogalli obitum una cum aliis eius libris in bibliothecam capituli Novariensis pervenit. Plerosque locos a Caballino codici G suppletos in textum recepit N, qui et ulteriores accessiones, de quibus infra dicam, inclusit.

Paulo ante annum 1870 codicis huius Novariensis apographum scribendum curavit Ioannes Baptista De Rossi;

16 Hunc codicem ad amussim descripsit Tuniz, 1969, pp. 145–150. Cf. insuper Allegranza, 1781, p. 281; Andres, 1802, pp. 29–39; Mazzatinti, 1896, pp. 89–90; Valentini-Zucchetti, 1953, pp. 16–18. Pace Tuniz (pp. 143 et 150), fieri non potest ut Capogallus Caballinum anno 1349 e vita decessum cognoverit.

quod quidem in eius bibliotheca apud Societatem Iesu iacebat, ut ipse postillis suis, quos adhuc asservant complures codices Vaticani, animadvertit. Vide codicis Vaticani Latini 10514 folium 141r: *In Novara nel codice di Giovanni Cavallini de Cerronibus ho bisogno sopratutto del libro 6... 8... ma ricordati che ce ne è una copia al Gesù*[17]. Hicne *Polistoriae* testis adhuc exstet nescio.

O = Vaticanus Ottobonianus Latinus 1261[18], chartaceus, miscellaneus, foliorum 177. Secundum locum huius codicis ex pluribus fasciculis conflati occupat *Polistoria,* quam mense Maio anno 1435 Nicolaus de Pando, iudex et Manfredoniae civis, petivit a Frascato, librario Romano, Gaspari Colonna archiepiscopi Beneventani familiari, ut ex colophone scimus; littera Gothica cursiva scriptum est opus. Hunc codicem olim possederunt cardinales Marcellus Cervinus[19](†1555), Gulielmus Sirletus (†1585), Ascanius Colonna (†1608)[20], necnon Ioannes An-

17 Iterum eius apographi mentionem fecit Corvisieri, 1870, p. 70, n. *: *Mi sono noti tre esemplari mss. di questa opera tuttora inedita; l'uno nell' Archivio della Cattedrale di Novara fatto nel sec. XIV, l'altro recentissimamente tratto dal codice novarese nella Biblioteca De Rossi presso la casa professa de' Gesuiti in Roma, ed il terzo nella Bibliotheca Vaticana* [...] [= Ottob. Lat. 1261].

18 Cf. Valentini-Zucchetti, 1953, pp. 18–19; Diener, 1974, p. 164.

19 Cf. Fossier, 1979, p. 435; cf. etiam p. 386, n. 22.

20 In bibliotheca Ascanii Colonna *Polistoriam* legit Pompeius Ugonius, qui paene unus antiquarius Caballinum nominatim exscripsit. In prima parte (fol. 7r–48r) *Theatri Urbis Romae,* quod Ugonius in codice Barb. Lat. 1994 conscripsit, complures locos e *Polistoria* depromptos exaravit. Vide Jacks, 1993, pp. 247–248 et 255. Hunc Ugonii fontem iam significavit Floravans Martinelli, 1653, p. 435: *Extat in Bibliotheca Barberina eiusdem opus imperfectum inscriptum Theatrum Urbis Rome, in quo saepissime fit mentio*

gelus dux ab Altemps (†1620), deinde obtinuit Petrus cardinalis Ottobonius (†1691); cuius libros omnes acquisivit et bibliothecae Vaticanae adiecit Benedictus papa XIV (1740–1758). Locos a Caballino codici **G** adiunctos haud secus ac **N** exhibet **O** in textum receptos. Item additamenta codicis **N** etiam in **O** inveniuntur. *Polistoria* vero in **O** scatet erroribus quibus ostenditur Frascatum verba vel parum intellexisse vel magna cum negligentia descripsisse. Quod paucis exemplis probo his:

Polist., PR,6: preclaris *GN*: plecaris *O*
Polist., 1,2,2: Etrurie *GN*: Et curie *O*
Polist., 1,3,8: aquile *GN*: aele *O*
Polist., 1,6,4: curvum *GN*: civium *O*
Polist., 1,10,2: iuraverat *GN*: iura venerant *O*

R = Vaticanus Rossianus 728[21], chartaceus, paginarum 193.

A tribus reliquis codicibus eo differt, quod aetate recenti ex **G** descriptus est. Etenim anno 1853 die 23 mensis Martii Berolini hoc exemplar Ioanne Ferdinando Maßmann praeceptore confecit Carolus Bartsch. Hic textum fideliter exaravit, etiamsi quasdam lectiones difficiliores enodare non potuit. Hoc ergo apographum non eiusdem ponderis ac reliquos codices esse plane liquet.

Quintus testis (**P**)[22] anno 1387 conscriptus usque ad finem belli mundani primi in bibliotheca imperiali Petroburgensi adservatus est. Postea in Poloniam rediit; ibi enim usque ad annum 1795 remanserat. Furor caecus,

Polystorie Ioannis Caballini de Cerronibus de virtutibus et dotibus Romane urbis ipsiusque imperio, quam adhuc videre cupimus.

21 Cf. Diener, 1974, p. 163.

22 Cf. Valentini-Zucchetti, 1953, p. 19; Diener, 1974, pp. 163–164 (qui etiam tres descriptiones superiores significavit).

quo Bibliotheca Nationalis Varsoviensis bello mundano secundo funditus eversa est, ne huic quidem codici pepercit.

Restat ut pauca addam de bibliothecae papalis Avenionensis catalogis, qui *Polistoriam* exhibent[23]. In quinque inventariis inter annos 1369 et 1429 contextis *Polistoria* sexies reperitur. Hermanno Diener auctore mentionibus eis sex designantur libri manu scripti aut tres aut plures. Idem vir doctus codicem G iam anno 1369 e bibliotheca papali remotum esse opinatur, quia descriptio catalogi ab ipso codice omnino abhorret. Ego vero pace Hermanni Diener dixerim illud esse in dubio, fueritne codex G in bibliotheca papali olim adservatus necne.

De codicum inter se necessitudinibus

Ex his dictis apparet editori *Polistoriae* critico codicibus GNO imprimis esse nitendum. Quae vero inter tres eos testes intercedat ratio, collato prologo facile manifestabitur[24]. Nam primo in NO textui antecedit titulus operis necnon omnium titulorum conspectus, quo G caret. Deinde prologus longiore verborum ambitu in NO incipit quam in G:

> G: *Incipit prologus Polistorie Johannis Caballini de Cerronibus de Urbe, apostolice sedis scriptoris, de virtutibus et dotibus Romanorum.*
> NO: *Incipit prologus Polistorie Johannis Caballini de Cerronibus de Urbe, apostolice sedis scriptoris ac canonici Sancte Marie Rotunde de eadem Urbe, de virtutibus et dotibus Romanorum* (*Romane urbis* O) *ipsorumque im-*

23 De eo argumento apte dixit Diener, 1974, pp. 167–170.
24 Ea de re argute disputavit Diener, 1974, pp. 165–167.

peratoris et pape singularibus monarchiis ac aliis incidentiis eorundem.

Denique etiam in fine prologi, ubi Caballinus *Polistoriam* Clementi papae VI dicavit, NO a G dissentiunt:

> G: *Humiliter supplicans, beatissime pater sancte, ut dignemini gratiose suscipere libellum huiusmodi parvulum de manu devotissimi et humilis scriptoris vestri Johannis Caballini de Cerronibus, civis Romani.*
> NO: *Humiliter supplicans, beatissime Clemens pater sancte, ut dignemini benigne suscipere libellum huiusmodi parvulum de manu devotissimi et humilis scriptoris vestri Johannis Caballini de Cerronibus, civis Romani.*

Dedicationem hanc secundum supplicationum formulas conscriptam esse docuit Hermannus Diener. Cum in G, ut in plerisque supplicationibus fit, nomen papae omissum sit, satis apparet hunc codicem propius ad fontem accedere quam NO, qui multo post Caballini et Clementis mortem exarati sunt atque ob id ipsum in calce nomen papae, in initio dignitatem auctoris explicant.

Codicem G inter *Polistoriae* testes locum singularem obtinere etiam ex verbis in margine suppletis perspicuum est. Pace Hermanni Diener veniaque Caroli Bartsch-Ioannis Ferdinandi Maßmann omnes adnotationes ab una eademque manu conscriptas esse persuasum habeo, exceptis quattuor vocibus (quae sunt *ex*[*-colitur*], *ibi, regis, Romanorum*) a librario fol. 17v, 22r, 26r, 29r additis. E litterarum ductu non semper aequali adnotationes non omnes eodem tempore scriptas esse nec interdum spatium omnibus vocibus suppeditasse animadvertitur. Hinc etiam colligi potest cur duo atramenti genera adhibita sint. Accedit quod haec duo atramenta in una eademque

adnotatione nonnumquam conspiciuntur. Pauca tantummodo exempla affero:

fol. 11r: *Et cuntorum ... creature|Ephesiorum ... scribitur*
fol. 28v: ... *regem Romanorum|c. II*
fol. 31v: ... *defensorem pape|a quo ...*

Harum adnotationum auctor quin ipse Ioannes Caballinus sit vix potest esse dubium. Litterarum enim forma scripturae glossarum a Caballino Valerio Maximo Libroque Pontificali adiectarum simillima est. Praeterea una adnotatione Caballinus se ipse auctor revelavit; nam de Campo Martio disputans (*Polist.*,8,4,3) ita dixit:

> *Hic campus fuit Tarquiniorum, inter Tiberim et urbem situs* (Liv., 2,5,2), *a quibus illustris et clara progenies Columpnensium dicte urbis traxit originem,* ⟨in margine additur: *sicut plene notoriat in secunda parte Polistorie mee, ubi de ipsorum Columpnensium origine*⟩ *habetur mentio spetialis.*

His ergo verbis ad alium operis sui locum (*Polist.,* 6,34,2) lectorem rettulit[25]; hinc non solum auctor luce clarius declaratur[26], sed etiam textum commentariis auxisse mendisque expurgavisse videtur, quippe qui librarii haplographia sublata sensum restituerit.

Quin etiam multae emendationes a Caballino in margine conscriptae per totam *Polistoriam* reperiuntur. Alias

25 Caballinus simili modo de tertia *Polistoriae* parte mentionem fecit in Valerii Maximi codice a se adnotato (vide Vat.Lat. 1927, fol. 13v).

26 Quare Bartsch etiam hic *in margine manu rec.* scripserit, at vocabulum *mee* in apographo suo omiserit (vide Ross. 728, p. 140) omnino me fugit.

haplographias castigavit in fol. 10v (*Polist.*, 3,9,5: *et ipsorum ... Romana*); 14r (*Polist.*, 4,12,2: *rege ... Tarquinio*); 22v (*Polist.*, 6,36,5: *arma ... momento*); 34r (*Polist.*, 10,8,52: *plenitudine et cum quadam*). Ceterum diversimode *Polistoriae* textum in margine explevit, si quidem et verba mutilata restituit, sicut fol. 2r (*Polist.*, 1,2,3: [*locupleta*-]*ta*; 1,3,6: [*pontifi*-]*cis*), et vocabula singula addidit, sicut fol. 4r (*Polist.*, 1,7,5: *contentiones*), aut plura, sicut fol. 19v (*Polist.*, 6,20,1: *eius uberibus*).

Polistoria vero haud secus atque in margine in ipso textu correcta est. Saepe enim verbis erasis nova verba sunt suppleta. Scripturam tantum indaganti difficile est dictu utrum ipse Caballinus an librarius an alius nescio quis alia verba scripserit, cum aspera membranae erasae superficies ductum consuetum deformaverit. Interdum autem locus qui in rasura incipit in margine continuatur, unde dubio procul Caballino attribui potest. Loci eiusmodi breves foliis 3v (*Polist.*, 1,7,1: *intromittit*) et 23r (*Polist.*, 6,38,4: *secundum quosdam et male*) reperiuntur, locus aliquanto longior folio 7r (*Polist.*, 2,2,2: *Veniam ... fecit*) contextus est. Ex quo colligitur verba in rasuris exarata non aliter ac verba in margine addita manu ipsius Caballini esse, *Polistoriam* suam corrigentis.

Quamquam Caballinus saepissime corrector ad G accessit, codex non tantum ad textum emendandum a librario ad auctorem rediit. Tria enim alia genera adnotationum distinguuntur, quorum primum maximi est momenti, quippe quo *Polistoriae* textus insigniter auctus sit. Interdum huius generis notae paucis admodum verbis constant ac sententiam modeste amplificant, ut foliis 11v (*Polist.*, 3,10,14: *lacrima quasi lacerans cor dicitur*) et 17r (*Polist.*, 5,6,1: *diebus solennibus festorum*). Saepius autem adnotationes ampliores sunt, ut quibus argumenti alicuius corroborandi causa complures loci e scriptoribus

antiquis et mediaevalibus selecti contineantur, ut foliis 17r (*Polist.*, 5,5,6: *Accedit Tullius ... et cetera*) et 22v (*Polist.*, 6,38,4: *et vicus ... Sancti Petri*). Accidit interdum ut textus a Caballino eo modo sit expletus, ut colloquia librarii et scriptoris praevia necessario sint coniectanda. Exemplum omnium evidentissimum reperitur folio 15r (*Polist.*, 4,15,8–9: *§finali ... inter eos*), ubi librarius ultimae lineae initio verba exarare desiit, Caballino eam lineam explere ac textum in margine inferiore addere permisit, tum demum pagina insequenti scribendi negotium resumpsit. Cum ultima verba a librario infima pagina scripta in medio verborum circuitu abrumpantur, Caballinum cum eo de textu continuando communicavisse veri est simillimum. Ex quo iterum apparet verba in G non a lectore aetatis posterioris sed ab ipso Caballino *Polistoriae* auctore et emendatore esse addita.

Reliqua duo commentariorum genera minoris sunt momenti. Alterum constat ex singulorum vocabulorum enarrationibus, qualis (ut exemplo utar) folio 16r (*Polist.*, 5,1,3: *.i. detractores*) invenitur; ipsae textui ipsi saepissime sunt insertae. Alterum consistit in adnotationibus vel locorum quorundam argumenta breviter explicantibus, ut folio 2r (*ad* Polist., *1,3,2: De oratione Romuli*), vel rem notabilem impensius enuntiantibus, ut folio 1v (*ad* Polist., *1,1,5: Nota miraculum*), vel verborum quorundam momentum amplius explanantibus, sicut folio 2r (*ad* Polist., *1,3,3: Nota ex hac littera ... ut hic*). Caballinus adnotatione huius generis (folio 3v) Clementem papam VI semel allocutus est, ubi pravos curiales graviter increpuit:

> *ad* Polist., *1,7,1: Nota et bene, pater sanctissime, infra scripta*

Caballinus, cum papam tam plenis verbis nusquam alibi appellaret, ad eum tamen interdum sese applicavit. Folio 24v laudes Gallorum apud Livium notavit, quo maiorem, ut videtur, benivolentiam Clementis papae Francogallici captaret:

ad Polist., *7,5,4*: *Nota Gallos religioni intentos, ut hic*

Caballinus igitur adnotationibus eis universis *Polistoriam* suam papae, cui opus dicavit, interpretatus esse mihi videtur.

Ne multa, codicem G haud multo post *Polistoriae* compositionem iuvante Caballino Avenione scriptum esse credo. G praeterea illius *Polistoriae* recensionis primum exemplar esse neque ab alio exemplo descriptum esse pro certo statui potest, si quidem librarius bis (foliis 28r et 32r) parum spatii reliquit ad rubricas titulorum interponendas. Codicem nitide scriptum, magna cum cura ornatum et Caballinianis adnotationibus auctum papae destinatum esse quis neget? Postea autem Caballinus, cum textum non iam ex toto probaret, nonnulla verba in G eradenda et corrigenda curavit, quin etiam multos locos eosque novos addidit. G ergo ad Caballinum *Polistoriam* iterum recognoscentem redisse potius quam ad papam pervenisse mihi persuasi. Textus in G conscriptus primane *Polistoriae* recognitio sit an secundis iam curis variatus haud liquet; at Caballinum opus suum amplius retractasse, quam ostendat G, docere videntur NO, ut infra dicam. Accedit quod omnes *Polistoriae* codices duobus titulis omnino carent iis, quos Caballinus in Vat.Lat. 1927 operis sui memor affert (qui leguntur fol. 13v: *de temperantia et moderatione ciborum Columpnensium;* fol. 84r: *de superbia cuiusdam ex Columpnensibus in renovanda lege Oppia*). Id utut est, vix dubitari potest quin *Polistoria* perdiu elucubrata atque identidem variis modis aucta sit.

*

Quamquam G textum *Polistoriae* constituenti principem obtinet locum, NO nequaquam neglegendi sunt, quippe qui *Polistoriae* compositionem amplius illustrent. In dubium vix venit quin GNO ad eundem archetypum redeant, cum non solum plurimis erroribus communibus, praesertim in locis ex auctoribus excerptis, sed etiam locorum allatorum lectionibus communibus, quae a textu primigenio differunt, insigniantur. Et harum et illarum lectionum pauca exempla afferam:

Polist., 1,2,2:	*fundamentis*	*Polist.*, PR,1:	*civiumque ipsius*
Polist., 1,10,5:	*collapsa*	*Polist.*, PR,3:	*orbis*
Polist., 2,1,4:	*ex quo*	*Polist.*, PR,7:	*credantur*
Polist., 2,3,11:	*rei publice*	*Polist.*, 1,2,2:	*lugebant*
Polist., 3,1,5:	*credens*	*Polist.*, 1,3,3:	*forma*

Praetera NO tam arctis vinculis coniuncti sunt, ut ex uno eodemque subarchetypo, qui tamen alius est ac G, prodiisse videantur. Nam primo omnes fere adnotationes (praeter commentarios *Polistoriae* verba quaedam breviter explicantes vel signantes, qui ipsum in textum non facile includebantur) et correctiones quas habet G in textum codicum NO receptae sunt. Adnotationes quas non acceperunt NO sunt hae:

Polist., 1,2,2:	*et*
Polist., 3,1,4:	*plenius*
Polist., 3,10,14:	*lacrima quasi lacerans dicitur*
Polist., 5,6,1:	*diebus solennibus festorum*
Polist., 6,2,2:	*crebrioribus*
Polist., 8,9,4:	*dicta ... publicis*
Polist., 8,10,5:	*et Martis ... Sancte Martine*

Polist., 10,6,26: *ad populum*

Duobus tantum locis, quibus proprium errorem hic O illic N exhibere suspicor, correctio in G exarata alio modo in N atque in O exscripta est:

Polist., 1,2,3: locupleta{ta} *G*: locupletata *N*: locupleta *O*
Polist., 10,6,1: {a*s.l.*} *G*: a *O*: *om. N*

Secundo NO a G dissentiunt ingenti lectionum ac errorum communium caterva, qua necessitudines e titulo et praefatione coniectura deductae videntur confirmari. Communium errorum haec pauca exempla, quorum numerus facile augeri potest, sufficiant:

Polist., 3,10,6: utile *G*: inutile *NO*
Polist., 3,10,12: quibusque *G*: quibuscumque *NO*
Polist., 5,1,3: prolatus *G*: probatus *NO*
Polist., 8,13,2: prima *G*: primo *NO*

Tertio NO capitum divisionem exhibent quae tribus locis a divisione codicis G differt. Libri primi caput sextum bifariam distribuerunt, novo titulo (*De causis quare nemo de plebe de rebus communibus se hodie intromittit*) addito. Deinde libri noni capiti secundo duos titulos interposuerunt, quamvis alio loco N, alio loco O: *De additione montis Celii urbi facta per Tullium Hostilium tertium regem Romanorum* iam in margine codicis G adscriptum erat; *De causa quare Roma habet XIII regiones* est titulus plane novus. Denique libri sexti caput duodequadragesimum in NO non solum alio modo atque in G distinctum, sed etiam penitus retractatum est.

Quae cum ita sint, rationem inter NO et G intercedentem qui consideraverit, intelleget NO non ex mero apographo codicis G, sed e codice alium statum compositionis *Polistoriae* repraesentante profluxisse. Quod adnota-

tiones ab NO non receptae, de quibus supra dixi, iam demonstraverunt. Accedit quod quaedam variae lectiones codicum NO lectionibus codicis G sine dubio anteponendae sunt, atque adeo perficiunt ut ultra G textum ipsius auctoris perspicere possimus. Haec exempla sententiam haud scio an corroborent:

Polist., PR,2: potentat *NO*: poterant *G*
Polist., PR,7: profutura *NO*: perfutura *G*
Polist., PR,9: dispositis *NO*: dispositionis *G*
Polist., 3,3,1: eo *NO*: eis *G*
Polist., 3,6,3: est iste *NO*: esset *G*

NO ergo non omnino ex G pendent, sed vestigia status compositionis codici G antecedentis retinent. Quod etiam docent quaedam retractationes ab NO exhibitae, quarum pars ad ipsum Caballinum dubio procul attinet. De libri sexti capite duodequadragesimo rescripto iam dixi. Deinde, quod maioris est momenti, *Polistoria* in N plurimis verbis aucta est, quae maxima ex parte in O exscripta sunt. Qua in re praeprimis est considerandum unum caput novum (*Polist.*, 3,12) necnon loci aliquot, qui vel singulis vel pluribus (interdum et quadragenis) versibus additis insigniuntur. Duobus autem locis O plura verba quam N addidit, *Polist.*, 1,10,16, ubi proprium librarii errorem in N suspicor, et *Polist.*, 7,4,4, ubi nescio an O propriam lectionem exhibeat. Verbis ab NO additis *Polistoriae* argumenta amplius plerumque illustrantur ac pluribus auctorum testimoniis ornantur, nonnumquam vero modestius amplificantur, ut in *Polist.*, 1,7,5 (*fidem ... sed*). Brevissimae autem accessiones singula vocabula interpretantur, ut in *Polist.*, 3,2,4 (*.i. tributi*).

Horum locorum in NO additorum quattuor minimum ad ipsum *Polistoriae* auctorem redire videntur et ultra quam G testatur Caballinum opus suum elucubrantem re-

velant. Tribus locis NO verba ex haplographiis, quibus in G perdita erant, eripiunt:

Polist., 6,31,5: *extra ... Agnetis*
Polist., 8,10,4: *Martis ... symulacrum*
Polist., 8,10,5: *Cathelline ... templum*

Quaedam alia verba a Caballino in G similiter restituta esse supra ostendimus. Caballini vero manus etiam alio modo in codicum NO additamentis detegitur. Libri enim primi capiti decimo longiorem Valerii Maximi locum addunt NO. Horum verborum collatio cum textu in Vat.Lat. 1927 a Caballino recognito facile docet NO additamenta ex Vat.Lat. 1927 exscripta esse, cum NO omnia verba a Caballino adiecta, quae infra enumerabo, ad amussim conservent: *vadem .i. obsidem* (glossa addita); *solutus erat (in rasura); eidem s. gladio* (glossa addita); *tam* (vocabulum additum) *temerarium; at is* (vocabulum additum); *eodem autem (in rasura); a* (vocabulum additum) *Dyonisio; sodalicii (in rasura) .i. socii vel sodalis* (glossa addita); *intima aliter ultima* (varia lectio addita); *illarum aliter illas* (varia lectio addita); *fida hominum (in textu).* Dubium igitur non est quin hic locus ab ipso Caballino ex Vat.Lat. 1927 in *Polistoriam* receptus sit atque ulterioris quam G ostendat recognitionis particeps factus sit.

Omnesne codicum NO accessiones e Caballini calamo fluxerint an partim Caballino tribuendae sint partim aliis auctoribus enucleari vix posse videbitur. Nullus enim locus in NO additus a G textus vel adnotationum indole multum distat. Praeterea ex ipsis codicum NO verbis nullo modo apparet ubi vel quando conscripta sint. Sequitur ut prima persona bis in NO prodiens (*Polist.*, 1,3,7 et 8,5,3) idemne ac Caballinus sit necne pro certo statui vix possit. Quibusdam accessionibus sine dubio ad Caballinum redeuntibus, alia etiam verba in NO *Polistoriae* ad-

dita ab ipso Caballino operis sui limatore composita esse omnino negari non potest.

Postquam exploravi quo necessitudinis vinculo G cum NO coniunctus esset, restat ut breviter exponam quomodo N et O inter se cohaereant; qua de re nonnulla iam dixi. N vetustiorem ex O recentiore pendere non posse omni luce clarius exstat, sed etiam O ex N descriptus esse non potest, cum errores quidam codicis N proprii in O non inveniantur. Haec exempla adferam:

Polist., 3,1,3: templorumque *GO*: templorum quoque *N*
Polist., 4,5,1: arbor crucis *GO*: sancta crux *N*
Polist., 6,34,1: stante *G*: stanti *O*: statim *N*
Polist., 10,8,60: predicate *GO*: predicare misit *N*
Polist., 10,8,82: participet *GO*: percipiet *N*

Duo alia exempla supra laudata in eundem codicum consensum quadrant:

Polist., 1,10,16: .V. ... predicta *om. N*
Polist., 10,6,1: {a*s.l.*} *G*: a *O*: *om. N.*

Cum NO communibus erroribus consentiant neque alter ex altero derivari possit, ad communem fontem utrumque redire liquet.

Accedit insuper, ut dixi, quod N compluribus locis vel brevibus vel amplioribus auctus est, quibus O omnino caret. Haec pauca exempla sufficiant:

Polist., 4,6,1: *et est ratio*
Polist., 4,8,6: *vel omnium*
Polist., 4,14,6: *concordat ... sequitur*
Polist., 4,15,1: *que ... fuscatur*
Polist., 6,11,2: *et ... Ytalus*

Nisi omnes hae accessiones uni **N** adsignandae sunt, sequitur ut alius testis inter codicum **NO** subarchetypum et **N** sit ponendus, qui plures *Polistoriae* retractationes contineat. Tum, si ad immensam codicis **O** propriorum errorum catervam respexeris, **N** iure anteferendum esse non negabis.

Expositione ad calcem producta, summa est facienda. *Polistoriae* archetypo perdito, **G** quendam compositionis gradum exhibet ac nonnulla Caballini auctoris emendatorisque vestigia servat. Caballinus enim textum plurimis librarii erroribus purgavit necnon nonnullis locis amplificavit. Ex posterioribus Caballini et unius aut alterius lectoris retractationibus infertur subarchetypus, ad quem **NO** revocandi sunt. Praeterea **N** alterius interpolatoris verba in textu recepit, quae **O** non conservavit.

De editionibus superioribus

Opus *Polistoriae* integrum, quamvis non ignotum, numquam antea publici iuris factum est. Capita quaedam ad topographiam pertinentia a Carolo Ludovico Urlichs in *Codice Urbis Romae topographico* (Wirceburgi, 1871, pp. 140–146) e Julii Friedländer commentariis[27] typis primum sunt expressa. Hic vero, cum **N** et **G** tantum cognovisset necnon **G** e **N** descriptum esse crederet (cf. p. 139), textum volenti criticum haud satisfecit[28].

Polistoriae capitum seriem multo ampliorem excudendam curaverunt atque in textuum corpus quod vulgo in-

27 Cf. Jordan, 1,1, 1878, p. 77, n. 2.

28 Quae cum ita sint, editio illa Remigium Sabbadini (1914, p. 47) fugisse videtur, qui cum *Polistoriae* mentionem in adnotationibus Vat.Lat. 1927 a Caballino factam invenisset, opus adhuc pro inedito habuerit.

scribitur *Codice topografico della Città di Roma* (vol. 4, 1953, pp. 20–54) receperunt Robertus Valentini et Josephus Zucchetti. Qui tamen *Polistoriam* Carolo Ludovico Urlichs vix accuratius ediderunt. Nam varias lectiones sine ratione constanti attulerunt; de **O** in apparatu critico vix fecerunt mentionem. Interdum lectiones in apparatu etiam perperam laudaverunt: itaque pagina 20 versu 18 *omnia quod* in apparatu invenies, cum codicis folium phototypice expressum atque editioni additum luce clarius *omniaque* exhibeat. Praeterea textum nonnumquam parum feliciter a codicibus deflexerunt editores: pagina 21 versu 19, ut unum tantum exemplum ponam, omnium codicum consensum necnon locum tacite e Valerii Maximi proemio allatum neglexerunt, *selecta* dum edunt. Iniquus tamen essem, si non affirmarem eos propter adnotationes uberrimas, quibus textum argute instruxerunt quasque me assidue pervolvisse non infitior, de *Polistoria* optime esse meritos. *Polistoriae* partes a Valentini et Zucchetti divulgatas in huius editionis margine nota VZ notavi.

De huius editionis ratione

G, qui locum inter omnes *Polistoriae* codices praestantissimum obtinet, textum criticum constituenti maximi est ponderis. Ideo lectiones codicis **G** lectionibus codicum **NO** semper fere anteposui, nisi cum **G** lectionem valde inferiorem praeberet. Omnia codicis **G** additamenta in textum recepi necnon in apparatu signo critico denotavi praeter commentarios qui locorum quorundam argumenta explicant vel enuntiant: hos textui inserere non potui ideoque in appendicem reieci. Codicum **NO** vero accessiones citra dubium probandas *Polistoriae* textus participes feci, at eas uncis fractis litterisque minoribus a reliquo textu distinxi.

Curas vero singulares in auctorum locis a Caballino laudatis defixi, quod ipsi maximam *Polistoriae* partem constituunt. At ex ingenti auctorum agmine, quo Caballinus opus suum instruxit, quosdam locos me praeterisse non ignoro. Qua in re Ioanni Ludovico Vivi commentarium in *Civitatem Dei* Augustinianam paranti non possum non adstipulari:

> *Illic vero non stratam ullam viam invenias ..., cum quaerendum et evolvendum et divinandum ubi sit locus, quem Augustinus affert ex scriptore aliquo. Quem locum invenire multum ac diu quaesitum casus est saepius quam eruditionis. Nam in eum incidat frequenter imperitissimus, quem doctus investigare non potuit diu vestigatum* (Viv., *Ad* Civ., PR., pp. 27–28).

Quibus verbis non in te, lector, contumeliam iaci, sed mihi editori veniam conciliari velim. Caballinus enim multitudinem auctorum mirum quantam cognovit, evolvit, memoriae commendavit. Quibus fontibus in *Polistoria* conscribenda valde nixus est nec tamen eos, ut tum mos erat, semper accurate significavit, immo vero haud raro celavit. Locos autem adhuc non repertos in apparatu fontium signavi, in quem insuper omnes locos ab ipso Caballino non significatos collegi, ut a locis, quos Caballinus nominatim in *Polistoria* attulisset, clare distinguerentur; quod haud abs re esse iudicavi.

Ceterum raro evenit ut loci iisdem verbis in *Polistoria* atque in ipsis fontibus sint laudati. Immo locos grammatico *Polistoriae* verborum contextui saepe non accommodavit Caballinus (vel librarius), ut sensum penitus obfuscaret. Verba autem ut in *Polistoriae* codicibus inveniuntur servavi, nisi cum ab emendate scribendi regulis abhorrerent et castiganda essent. Quas correctiones necnon fontium lectiones a *Polistoriae* verbis insigniter dis-

crepantes in apparatu critico omnes notavi. Locos, quorum auctores Caballinus ipse prodidit, in textu, non in apparatu indicavi.

Quod ad rem orthographicam attinet, codicis G et textum et adnotationes diligenter respexi, commentariorum insuper quos margini Vat.Lat. 1927 adspersit Caballinus non negligens. Cum vero e verbis in his duobus libris auctoris manu conscriptis plane pateret eum unam eandemque scribendi normam nequaquam observasse, *Polistoriae* textum nimis arctis orthographiae vinculis constrictum nolui. Antiquas enim scribendi regulas, de quibus Caballinum haud curavisse certo scimus, *Polistoriae* textui imponendas esse non credidi. Praeterea antiqua scribendi consuetudo renatarum litterarum aetatem potius quam medium aevum redolet; at opus hoc medii aevi memoriam repetit et renatas litteras praenuntiat, non exhibet.

Polistoriae autem verba secundum hodiernum usum distinxi. Paragraphos quas in auctorum locis laudandis notavit Caballinus signo § expressi. Capitum titulos recto ordine numeratos e codicibus edidi, capita ipsa in partes ultro divisi.

*

Ad metam mihi iam pervenienti restat ut hominibus doctis, qui pretiosissimis consiliis me in hoc curriculo adiuverint, gratias agam. Quorum in numero imprimis memorare velim Iosephum IJsewijn et Andream Welkenhuysen Lovanienses, Theodoricum Sacré Antverpiensem, Ioannem Ziolkowski, Iacobum Hankins, Paulum Meyvaert et Iacobinam Brown Cantabrigienses Massachusetanos, Albertum Derolez Gandavensem, Maximum Miglio Romanum, Ioannem Gadeyne Lovaniensem eundemque Romanum, Carolum Augustum Neuhausen Bonnensem,

Caeciliam Evers Bruxellensem; qui omnes, qua sunt liberalitate, variis modis mihi sunt opitulati, ut *Polistoriae* editionem ad umbilicum possem perducere.

Praeterea multum debeo societatibus, quae pecuniam suppeditantes studia mea foverunt. Gratias persolvo magnas praesidi Instituti Historici Belgici, qui effecit ut Romae in Academia Belgica multos menses *Polistoriae* insudare possem, necnon praepositis Collegii Docti ad artium litterarumque renatarum aetatem indagandam in Universitate Bonnensi constituti (Graduiertenkolleg „Die italienische Renaissance und ihre europäische Rezeption: Kunst-Geschichte-Literatur“), qui me in sociorum numerum receperunt.

Praepositis autem Operis Fundati Investigationibus Doctis Provehendis Belgici (N.F.W.O), qui me inter adsocios cooptaverunt quorumque munificentia adhuc sustentor, gratias habeo praecipuas.

Opusculum hoc sit dedicatum Heriberto Bloch, quo humaniorem rerum Romanarum praeceptorem neque inveni neque umquam inveniam.

Scripsi Lovanii in Domo Erasmiana, mense Februario anno MCMXCIV. M. L.

STEMMA CODICUM

α

G

α′

β

N

O

CONSPECTUS CODICUM

G	Guelpherbytanus Gudianus Latinus 47
N	Novariensis XLII
O	Vaticanus Ottobonianus Latinus 1261
R	Vaticanus Rossianus 728
P	Petroburgensis deperditus

« »	textus quem addit aut **N** aut **O** aut uterque
{ }	textus quem in margine addit vel corrigit **G**

CONSPECTUS EDITIONUM EX QUIBUS LOCI ADFERUNTUR[1]

Barbiche: Barbiche (Bernard), *Les actes pontificaux originaux des Archives Nationales de Paris,* Tome III: *1305–1415* (*Index actorum Romanorum pontificum ab Innocentio III ad Martinum V electum,* 3), Città del Vaticano, 1982.

Fontes: *Fontes ad topographiam veteris urbis Romae pertinentes.* Colligendos atque edendos curavit Iosephus Lugli, 6 vol., Roma, 1952–1969.

Inscriptiones Christianae: *Inscriptiones Christianae urbis Romae septimo saeculo antiquiores.* Colligere coepit Iohannes Baptista De Rossi, complevit ediditque Angelus Silvagni. Nova series, Vol. I. *Inscriptiones incertae originis* (*Inscriptiones Italiae Christianae,* Pars prior. *Roma*), Romae, 1922.

Monumenta epigraphica Christiana: *Monumenta epigraphica Christiana saeculo XIII antiquiora quae in Italiae finibus adhuc exstant* [...] curante Angelo Silvagni, Vol. I. *Roma,* in civitate Vaticana, 1943.

Ordines: *Die Ordines für die Weihe und Krönung des Kaisers und der Kaiserin.* Herausgegeben von Reinhard Elze (*Fontes iuris Germanici antiqui ... ex Monumentis Germaniae Historicis separatim editi,* IX), Hannoverae, 1960.

Peter: *Historicorum Romanorum reliquiae.* Iteratis curis recensuit Hermannus Peter, Volumen prius, Editio stereotypa editionis alterius (MCMXIV) aucta [...] *(Sammlung wissenschaftlicher Commentare),* Stutgardiae, 1967.

Sauerland: *Urkunden und Regesten zur Geschichte der Rhein-*

1 Editiones quibus usus sum non necessario omnium sunt recentissimae; interdum textum vetustiorem, sed ampliore apparatu instructum itaque magis idoneum qui codicem codicumve familiam a Caballino adhibitam detegat, attuli.

lande aus dem Vatikanischen Archiv. Gesammelt und bearbeitet von Heinrich Volbert Sauerland, Erster Band. *1294–1326* (*Publikationen der Gesellschaft für Rheinische Geschichtskunde,* XXIII, 1), Bonn, 1902.

Schaller-Könsgen: *Initia carminum Latinorum saeculo undecimo antiquiorum. Bibliographisches Repertorium für die lateinische Dichtung der Antike und des früheren Mittelalters.* Bearbeitet von Dieter Schaller und Ewald Könsgen unter Mitwirkung von John Tagliabue, Göttingen, 1977.

Schwarz: Schwarz (Brigide), *Die Originale von Papsturkunden in Niedersachsen. 1199–1417* (*Index actorum Romanorum pontificum ab Innocentio III ad Martinum V electum,* IV), Città del Vaticano, 1988.

Statuti: *Statuti della città di Roma.* Pubblicati da Camillo Re, Roma, 1880.

Urlichs: *Codex urbis Romae topographicus.* Edidit Carolus Ludovicus Urlichs, Wirceburgi, 1871.

Valentini-Zucchetti (VZ): *Codice topografico della città di Roma.* A cura di Roberto Valentini e Giuseppe Zucchetti, 4 vol. (*Fonti per la storia d' Italia* [...], 81, 88, 90, 91), Roma, 1940–1953.

Nonnulla opera in codicem topographicum inclusa denuo edita sunt (ex Valentini-Zucchetti corpore tamen locos affero omnes):

Libellus de regionibus
Anonymus Einsiedlensis
Graphia aureae urbis Romae
Magister Gregorius

Walther, ***Initia:*** *Initia carminum ac versuum medii aevi posterioris Latinorum. Alphabetisches Verzeichnis der Versanfänge mittellateinischer Dichtungen.* Unter Benutzung der Vorarbeiten Alfons Hilkas bearbeitet von Hans Walter (*Carmina medii aevi posterioris Latina,* I), Göttingen, 1959.

Walther, ***Proverbia:*** *Proverbia sententiaeque Latinitatis medii aevi. Lateinische Sprichwörter und Sentenzen des Mittelalters in alphabetischer Anordnung.* Gesammelt und herausgegeben von Hans Walther, 5 vol. (*Carmina medii aevi posterioris Latina,* II, 1–5), Göttingen, 1963–1967; *Proverbia sententiaeque Latinitatis medii ac recentioris aevi. Nova series. Lateinische Sprichwörter und Sentenzen des Mittelalters und der frühen Neuzeit in alphabetischer*

Anordnung. Neue Reihe. Aus dem Nachlaß von Hans Walther herausgegeben von Paul Gerhard Schmidt, 3 vol. (*Carmina medii aevi posterioris Latina,* II, 7–9), Göttingen, 1982–1986.

*

Albericus: *Allegoriae poeticae seu de veritate ac expositione poeticarum fabularum libri IV Alberico Londoniensi authore,* Parisiis, 1520 [= 1976].

Anonymus Einsiedlensis: *Die Einsiedler Inschriftensammlung und der Pilgerführer durch Rom (Codex Einsiedlensis 326).* Facsimile, Umschrift, Übersetzung und Kommentar herausgegeben von Gerold Walser (*Historia. Einzelschriften,* Heft 53), Wiesbaden-Stuttgart, 1987.

Archidiaconus Bononiensis: cf. **Guido a Baiiso**

Aristoteles: *Aristotelis Ethica Nicomacheia.* Recognovit brevique adnotatione critica instruxit I. Bywater *(Scriptorum classicorum bibliotheca Oxoniensis),* Oxonii, 1894.

Aristotelis De anima. Recognovit brevique adnotatione critica instruxit W.D. Ross *(Scriptorum classicorum bibliotheca Oxoniensis),* Oxonii, 1956.

Aristotelis Politica. Recognovit brevique adnotatione critica instruxit W. D. Ross *(Scriptorum classicorum bibliotheca Oxoniensis),* Oxonii, 1957.

Aristotelis Metaphysica. Recognovit brevique adnotatione critica instruxit W. Jaeger *(Scriptorum classicorum bibliotheca Oxoniensis),* Oxonii, 1957.

Aristotelis Ars rhetorica. Recognovit brevique adnotatione critica instruxit W. D. Ross *(Scriptorum classicorum bibliotheca Oxoniensis),* Oxonii, 1959.

Augustinus: *S. Aurelii Augustini Hipponensis episcopi sermones,* in: *Patrologiae Latinae* tomi 38–39.

[Augustinus]. *De rectitudine catholicae conversationis tractatus,* in: *Patrologiae Latinae* tomus 40, col. 1169–1190.

S. Aurelii Augustini Hipponensis episcopi contra Julianum haeresis Pelagianae defensorem libri sex, in: *Patrologiae Latinae* tomus 44, col. 641–874.

S. Aurelii Augustini Hipponensis episcopi De Genesi contra Manichaeos, in: *Patrologiae Latinae* tomus 34, col. 173–220.

Sancti Aurelii Augustini episcopi de civitate Dei libri XXII. Recog-

noverunt Bernardus Dombart et Alfonsus Kalb. *Duas epistulas ad Firmum* addidit Johannes Divjak. Editio quinta *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)*, Stutgardiae, 1981 [*De civitate Dei:* =1928[4]].

Sancti Aureli Augustini opera. Sect. 6. Pars 5. *De vera religione liber unus.* Recensuit et praefatus est Guilelmus M. Green (*Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum* [...], Vol. 77), Vindobonae, 1961.

Sancti Aurelii Augustini de sermone Domini in monte libros duos post Maurinorum recensionem denuo edidit Almut Mutzenbecher (*Corpus Christianorum, Series Latina,* 35), Turnholti, 1967.

Avicenna-Gerardus Cremonensis: *Canon medicine,* Mediolani, 1473.

Beda: *Nomina regionum atque locorum de actibus apostolorum.* Ad fidem editionis M. L. W. Laistner, in: *Bedae Venerabilis opera,* Pars II. *Opera exegetica,* 4 (*Corpus Christianorum, Series Latina,* 121), pp. 165–178.

Bernardus Clarevallensis: *De consideratione ad Eugenium papam,* in: *S. Bernardi opera.* Vol. III. *Tractatus et opuscula.* Ad fidem codicum recensuerunt J. Leclercq–H. M. Rochais, Romae, 1963, pp. 381–493.

Sermones in quadragesima, in: *S. Bernardi opera.* Vol. IV. *Sermones. I.* Ad fidem codicum recensuerunt J. Leclercq–H. M. Rochais, Romae, 1966, pp. 353–380.

Sententiae, in: *S. Bernardi opera.* Vol. VI,2. *Sermones. III.* Ad fidem codicum restituerunt J. Leclercq–H. M. Rochais, Romae, 1972.

Blondus: *Blondi Flavii Forliviensis De Roma triumphante libri X* [...], *Romae instauratae libri III, Italia illustrata, Historiarum ab inclinato Rom. imperio decades III,* Basileae, 1531.

Boethius: *Anicii Manlii Severini Boethii Philosophiae consolatio.* Edidit Ludovicus Bieler (*Corpus Christianorum, Series Latina,* 94), Turnholti, 1957.

Caballinus: *Mirabilia cum renascente doctrina coniuncta. Polistoria Johannis Caballini de Cerronibus de urbe apostolicae sedis scriptoris de virtutibus et dotibus Romanorum (libri X),* in: *Codex urbis Romae topographicus.* Edidit Carolus Ludovicus Urlichs, Wirceburgi, 1871, pp. 139–146.

Giovanni Cavallini. Polistoria de virtutibus et dotibus Romano-

rum, in: *Codice topografico della citta di Roma,* Vol. 4. A cura di Roberto Valentini e Giuseppe Zucchetti (*Fonti per la storia d' Italia* [...], 91), Roma, 1953, pp. 11–54.

Cassiodorus: *Cassiodori senatoris variae.* Recensuit Theodorus Mommsen [...] (*Monumenta Germaniae historica* [...], *Auctorum antiquissimorum* tomus XII), Berolini, 1961 [=1894].

Cato: *Disticha Catonis* recensuit et apparatu critico instruxit Marcus Boas. Opus post Marci Boas mortem edendum curavit Henricus Johannes Botschuyver, Amstelodami, 1952.

Cicero: *M. Tulli Ciceronis paradoxa Stoicorum, academicorum reliquiae cum Lucullo, Timaeus, de natura deorum, de divinatione, de fato.* Edidit Otto Plasberg. Fasciculus 1, Lipsiae, 1908.

M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia. Fasc. 2. *Rhetorici libri duo qui vocantur de inventione.* Recognovit Eduardus Stroebel *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Stutgardiae, 1991 [= 1915].

M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia. Fasc. 47. *Cato maior. Laelius.* Recognovit K. Simbeck. *De gloria.* Recognovit O. Plasberg *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Stutgardiae, 1987 [= 1917].

M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia. Volumen 8. *Orationes pro T. Annio Milone, pro Marcello, pro Q. Ligario, pro rege Deiotaro.* Recognovit A. Klotz. *Orationes in M. Antonium Philippicae. Fragmenta orationum.* Recognovit Fr. Schoell *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Lipsiae, 1918.

M. Tulli Ciceronis Tusculanarum disputationum libri quinque. A revised text with introduction and commentary and a collation of numerous mss. by Thomas Wilson Dougan. Volume 1 containing *Books 1 and 2;* Volume 2 containing *Books 3–5* by the late Thomas Wilson Dougan and Robert Mitchell Henry, Cambridge, 1905; 1934.

M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia. Volumen 13. *De finibus bonorum et malorum libri quinque.* Recognovit Th. Schiche. *Tusculanae disputationes.* Recognovit M. Pohlenz *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Lipsiae, 1919.

M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia. Fasc. 17. *Orationes in L. Catilinam quattuor.* Recognovit P. Reis *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Lipsiae, 1927.

M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia. Fasc. 48. *De of-*

ficiis. Quartum recognovit C. Atzert. *De virtutibus.* Post O. Plasberg et W. Ax tertium recognovit C. Atzert *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Lipsiae, 1971 [= 1932].

M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia. Fasc. 1. *Incerti auctoris de ratione dicendi ad C. Herennium lib. IV.* Iterum recensuit Fridericus Marx. Editionem stereotypam correctiorem cum addendis curavit Winfried Trillitzsch *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Lipsiae, 1964.

M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia. Fasc. 3. *De oratore.* Edidit Kazimierz F. Kumaniecki *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Leipzig, 1969.

M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia. Fasc. 46. *De divinatione. De fato. Timaeus.* Edidit Remo Giomini *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Leipzig, 1975.

M. Tullius Cicero. De legibus. Herausgegeben von Konrat Ziegler. 3. Auflage, überarbeitet und durch Nachträge ergänzt von Woldemar Görler (*Heidelberger Texte, Lateinische Reihe,* 20), Freiburg–Würzburg, 1979.

M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia. Fasc. 28. *In M. Antonium orationes Philippicae XIV.* Edidit Paulus Fedeli *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Lipsiae, 1986².

Corpus iuris canonici: *Corpus iuris canonici.* Editio Lipsiensis secunda [...] ad librorum manu scriptorum et editionis Romanae fidem recognovit et adnotatione critica instruxit Aemilius Friedberg. Pars prior. *Decretum magistri Gratiani;* Pars secunda. *Decretalium collectiones,* Lipsiae, 1879; 1881.

Corpus iuris civilis: *Corpus iuris civilis.* Editio sexta decima lucis ope expressa. Volumen primum. *Institutiones.* Recognovit Paulus Krueger. *Digesta.* Recognovit Theodorus Mommsen. Retractavit Paulus Krueger, Berolini, 1954 [=1911¹²].

Corpus iuris civilis. Editio undecima lucis ope expressa. Volumen secundum. *Codex Iustinianus.* Recognovit et retractavit Paulus Krueger, Berolini, 1954 [=1914].

Corpus iuris civilis. Editio stereotypa. Volumen tertium. *Novellae.* Recognovit Rudolfus Schoell. Opus Schoellii morte interceptum absolvit Guilelmus Kroll, Berolini, 1895.

Cyprianus: *S. Thasci Caecili Cypriani opera omnia.* Recensuit et commentario critico instruxit Guilelmus Hartel (*Corpus scripto-*

rum ecclesiasticorum Latinorum, Vol. 3, Pars 1–3), Vindobonae, 1868–1871.

Durandus: Guillelmus Durandus, *Speculum ... cum additionibus Johannis Andreae et Baldi,* Venetiis, 1488.

Eusebius-Hieronymus: *Eusebius. Werke.* Siebenter Band. *Die Chronik des Hieronymus. Hieronymi Chronicon.* Herausgegeben und in zweiter Auflage bearbeitet [...] von Rudolf Helm (*Die griechischen christlichen Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte,* 9, 7), Berlin, 1956.

Eusebius-Rufinus: *Eusebius. Werke.* Zweiter Band. *Die Kirchengeschichte.* Herausgegeben [...] von Eduard Schwartz. *Die lateinische Übersetzung des Rufinus.* Bearbeitet [...] von Theodor Mommsen, 3 vol. (*Die griechischen christlichen Schriftsteller der ersten drei Jahrhunderte,* 9, 1–3), Leipzig, 1903–1909.

Eutropius: *Eutropi breviarium ab Urbe condita cum versionibus Graecis et Pauli Landolfique additamentis.* Recensuit et adnotavit H. Droysen (*Monumenta Germaniae historica* [...], *Auctorum antiquissimorum* tomus II), Berolini, 1879.

Flavius Iosephus: *Flavius Josèphe, Guerre des Juifs.* Texte établi et traduit par André Pelletier, 3 vol. *(Collection des Universités de France),* Paris, 1975–1982.

Fra Mariano: *Fra Mariano da Firenze. Itinerarium urbis Romae.* Con introduzione e note illustrative del Enrico Bulletti (*Studi di antichità cristiana,* 2), Roma, 1931.

Florus: *L. Annaei Flori quae exstant.* Henrica Malcovati recensuit (*Scriptores Graeci et Latini* [...]), Romae, 1938.

Frontinus: *Frontin. Kriegslisten.* Lateinisch und deutsch von Gerhard Bendz (*Schriften und Quellen der Alten Welt* [...], 10), Berlin, 1963.

Fulgentius: *Fabii Planciadis Fulgentii v.c. opera.* Recensuit Rudolfus Helm. Corr. cur. J. Préaux *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Stutgardiae, 1970 [= 1898].

Gotifredus Viterbiensis: *Gotifredi Viterbiensis Speculum regum.* Edidit Georgius Waitz (*Monumenta Germaniae historica, Scriptorum* tomus XXII), Hannoverae, 1872, pp. 21–93.

Graphia aureae urbis Romae: Schramm (Percy Ernst), *„Graphia aureae urbis Romae"*, in: *Kaiser, Könige und Päpste. Gesammelte Aufsätze zur Geschichte des Mittelalters,* Band 3, Stuttgart, 1969, pp. 313–359.

Gregorius Magnus: *Sancti Gregorii Magni Romani pontificis XL homiliarum in evangelia libri duo,* in: *Patrologiae Latinae* tomus 76, col. 1075–1312.

Sancti Gregorii Magni homiliae in Hiezechihelem prophetam. Cura et studio Marcus [sic] Adriaen (*Corpus Christianorum, Series Latina,* 142), Turnholti, 1971.

Gregoire le Grand. Dialogues. Introduction, bibliographie et cartes par Adalbert de Vogüé. Texte critique et notes par Adalbert de Vogüé. Traduction par Paul Antin, 3 vol. (*Sources chrétiennes,* 251; 260; 265), Paris, 1978; 1979; 1980.

Guido a Baiiso: *Guidonis a Baiiso archidiaconi Bononiensis* [...] *Rosarium seu in Decretorum volumen commentaria* [...], Venetiis, 1601.

Hegesippus: *Hegesippi qui dicitur historiae libri V.* Recensuit et praefatione, commentario critico, indicibus instruxit Vincentius Ussani. Pars prior (*Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum,* LXVI), Vindobonae-Lipsiae, 1932.

Helinandus Frigidi montis monachus: *Helinandi Frigidi montis monachi flores a Vincentio Bellovacensi collecti,* in: *Patrologiae Latinae* tomus 212, col. 721–760.

Henricus de Segusio: *Henrici de Segusio cardinalis Hostiensis* [...] *in primum Decretalium librum commentaria* [...], Venetiis, 1581.

Hieronymus: *S. Hieronymi presbyteri liber interpretationis Hebraicorum nominum.* Cura et studio Pauli De Lagarde, in: *S. Hieronymi presbyteri opera,* Pars I. *Opera exegetica,* 1 [...] (*Corpus Christianorum, Series Latina,* 72), Turnholti, 1959, pp. 57–161.

S. Hieronymi presbyteri opera. Pars I. *Opera exegetica. 7. Commentariorum in Matheum libri 4.* Cura et studio D. Hurst & M. Adriaen (*Corpus Christianorum, Series Latina,* 77), Turnholti, 1969.

Sancti Eusebii Hieronymi epistulae. Recensuit Isidorus Hilberg (*Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum* [...], Vol. 54–56), Vindobonae-Lipsiae, 1910–1918.

Hildebertus Cenomannensis: *Hildeberti Cenomannensis episcopi carmina minora.* Recensuit A. Brian Scott *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Leipzig, 1969.

Honorius Augustodunensis: *De imagine mundi libri tres,* in: *Patrologiae Latinae* tomus 172, col. 115–188.

Speculum ecclesiae, in: *Patrologiae Latinae* tomus 172, col. 807–1108.

Hostiensis: cf. **Henricus de Segusio**

Hrabanus Maurus: *Beati Rabani Mauri* [...] *Commentariorum in Matthaeum libri octo,* in: *Patrologiae Latinae* tomus 107, col. 727–1156.

Hugutio Pisanus: Codicem Reg.Lat. 1627 in Bibliotheca Vaticana asservatum attuli.

Iacobus de Voragine: *Jacobi a Voragine legenda aurea vulgo historia Lombardica dicta.* Ad optimorum librorum fidem recensuit Theodor Graesse, Osnabrück, 1965 [= 1890[3]]

Iacopo da Varagine e la sua Cronaca di Genova dalle origini al MCCXVII. Studio introduttivo e testo critico commentato di Giovanni Monleone, 3 vol. (*Fonti per la storia d'ltalia,* 84–86), Roma, 1941.

Innocentius III: *Epistulae,* in: *Patrologiae Latinae* tomus 214, col. 1–1186.

Innocentius IV: *Innocentii quarti pontificis maximi super libros quinque Decretalium* [...], Francofurti ad Moenum, 1570.

Iohannes Balbus: *Catholicon,* Mainz, 1460 [=1971].

Isidorus Hispalensis: *Isidori Hispalensis episcopi etymologiarum sive originum libri XX.* Recognovit brevique adnotatione critica instruxit W. M. Lindsay, 2 vol. *(Scriptorum classicorum bibliotheca Oxoniensis),* Oxonii, 1911.

Sancti Isidori Hispalensis episcopi sententiarum libri tres, in: *Patrologiae Latinae* tomus 83, col. 537–738.

Iohannes Damascenus-Burgundio Pisanus: *Saint John Damascene. De fide orthodoxa.* Versions of Burgundio and Cerbanus. Edited by Eligius M. Buytaert (*Franciscan Institute publications,* Text series, 8), St. Bonaventure, NY-Louvain-Paderborn, 1955.

Iohannes Saresberiensis: *Ioannis Saresberiensis episcopi Carnotensis Policratici sive de nugis curialium et vestigiis philosophorum libri 8.* Recognovit [...] Clemens C. I. Webb, 2 vol., London, 1909.

Iustinus: *M. Iuniani Iustini epitoma historiarum Philippicarum Pompei Trogi.* Accedunt *prologi in Pompeium Trogum.* Post Franciscum Ruehl iterum edidit Otto Seel *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Stutgardiae, 1972.

Iuvenalis: *A. Persi Flacci et D. Iuni Iuvenalis saturae.* Edidit brevique adnotatione critica instruxit W. V. Clausen *(Scriptorum classicorum bibliotheca Oxoniensis),* Oxonii, 1959.

Lactantius: *L. Caeli Firmiani Lactanti opera omnia* [...]. Recen-

suerunt Samuel Brandt et Georgius Laubmann (*Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum,* 19, 1–2), Pragae-Vindobonae-Lipsiae, 1890–1897.

Leo Magnus: *Léon le Grand. Sermons.* Introduction de Jean Leclercq. Traduction, notes et index de René Dolle, 4 vol. (*Sources chrétiennes,* 22; 49 bis; 74; 200), Paris, 1949; 1969[2]; 1961; 1973.

Libellus de regionibus: *Libellus de regionibus urbis Romae.* Recensuit Arvast Nordh (*Skrifter utgivna av Svenska Institutet i Rom,* 8°, 3), Lundae, 1949.

Liber Censuum: *Le Liber Censuum de l'Église romaine.* Publié avec une introduction et un commentaire par Paul Fabre et Louis Duchesne, 2 vol. (*Bibliothèque des Écoles françaises d'Athènes et de Rome* [...], 2e série, VI), Paris, 1901–1910; Tome 3. *Tables des matières.* Par Louis Duchesne-Pierre Fabre-Guillaume Mollat (*Bibliothèque des Écoles françaises d'Athènes et de Rome* [...], 2e série), Paris, 1952.

Liber ystoriarum Romanorum: *Storie de Troja et de Roma altrimenti dette Liber ystoriarum Romanorum.* Edite da Ernesto Monaci *(Miscellanea della R. Società Romana di Storia Patria),* Roma, 1920.

Liber Pontificalis: *Le Liber Pontificalis. Texte, introduction et commentaire.* Par Louis Duchesne, 2 vol. *(Bibliothèque des Écoles françaises d'Athènes et de Rome),* Paris, 1981 [=1955[2]]; Tome 3. *Additions et corrections de L. Duchesne.* Publié par Cyrille Vogel *(Bibliothèque des Écoles françaises d'Athènes et de Rome),* Paris, 1981 [=1957].

Libri Pontificalis pars prior. Edidit Theodorus Mommsen (*Monumenta Germaniae Historica, Gestorum pontificum Romanorum* vol. I), Berolini, 1898.

Liber Pontificalis nella recensione di Pietro Guglielmo OSB e del card. Pandolfo, glossato da Pietro Bohier OSB, vescovo di Orvieto. Introduzione-testo-indici a cura di Ulderico Prerovsky, 3 vol. (*Studia Gratiana,* 21–23), Roma, 1978.

Livius: *Titi Livi ab Urbe condita.* Recognovit et adnotatione critica instruxit Robertus Maxwell Ogilvie. Tomus I. Libri I–V *(Scriptorum classicorum bibliotheca Oxoniensis),* Oxonii, 1987 [=1974].

Titi Livi ab Urbe condita. Recognoverunt et adnotatione critica

instruxerunt Carolus Flamstead Walters et Robertus Seymour Conway. Tomus II. Libri VI–X *(Scriptorum classicorum bibliotheca Oxoniensis)*, Oxonii, 1989 [=1919].

Titi Livi ab Urbe condita libri XXI–XXII. Recognovit Thomas Alan Dorey *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)*, Leipzig, 1971.

Titi Livi ab Urbe condita libri XXIII–XXV. Recognovit Thomas Alan Dorey *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)*, Leipzig, 1976.

Titi Livi ab Urbe condita libri XXVI–XXVII. Recognovit Patricius G. Walsh *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)*, Leipzig, 1982.

Titi Livi ab Urbe condita libri XXVIII–XXX. Recognovit Patricius G. Walsh *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)*, Leipzig, 1986.

Titi Livi ab Urbe condita. Tomus V. Libri XXXI–XXXV. Recognovit et adnotatione critica instruxit Alexander Hugh McDonald *(Scriptorum classicorum bibliotheca Oxoniensis)*, Oxonii, 1979 [=1969²].

T. Livi ab Urbe condita libri. Pars III. Libri XXXI–XL. Ediderunt W. Weissenborn–M. Mueller *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)*, Stutgardiae, 1981 [=1887].

Macrobius: *Ambrosii Theodosii Macrobii commentarii in somnium Scipionis.* Edidit Iacobus Willis. Accedunt quatuor tabulae *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)*, Leipzig, 1970².

Ambrosii Theodosii Macrobii saturnalia apparatu critico instruxit, *in somnium Scipionis commentarios* selecta varietate lectionis ornavit Iacobus Willis *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)*, Leipzig, 1970².

Magister Gregorius: *Magister Gregorius* (12e ou 13e siècle). *Narracio de mirabilibus urbis Rome* éditée par R. B. C. Huygens (*Textus minores* [...], 42), Leiden, 1970.

Malespina: *Sabae Malaspinae rerum Sicularum historia,* in: *Rerum Italicarum scriptores,* ed. Ludovicus Antonius Muratorius, Tomus octavus, Mediolani, 1726, col. 785–874.

Marlianus: *Io. Bartholomei Marliani antiquae Romae topographia. Libri septem,* Romae, 1534.

Altera quoque editione correctiore usus sum: *Urbis Romae topographia*, Romae, 1544.

Martinus Oppaviensis: *Martini Oppaviensis chronicon pontificum et imperatorum.* Edidit Ludewicus Weiland (*Monumenta Germaniae historica* [...], *Scriptorum* tomus XXII), Hannoverae, 1872 [pp. 377–475].

Orosius: *Pauli Orosii historiarum adversum paganos libri VII.* Accedit eiusdem *liber apologeticus.* Recensuit et commentario critico instruxit Carolus Zangemeister (*Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum* [...], Vol. 5), Vindobonae, 1882.

Ovidius: *P. Ovidii Nasonis epistulae ex Ponto.* Edidit Fridericus Waltharius Lenz (*Corpus scriptorum Latinorum Paravianum*, 66), Augustae Taurinorum e.a., 1938.

P. Ovidi Nasonis remedia amoris, medicamina faciei. Edidit Fridericus Waltharius Lenz *(Corpus scriptorum Latinorum Paravianum)*, Augustae Taurinorum e.a., 1965.

P. Ovidi Nasonis Fastorum libri sex. Recensuerunt E. H. Alton (†)–D. E. W. Wormell – E. Courtney *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)*, Leipzig, 1988[3] [= 1978].

Paulus Diaconus: *Pauli Diaconi historia Romana.* A cura di Amedeo Crivellucci (*Fonti per la storia d' Italia* [...], 51), Roma, 1914.

Pandulphus Pisanus: *Vita Gregorii VII papae*, in: *Rerum Italicarum scriptores*, Tomus tertius, Mediolani, 1723, pp. 304–313.

Papias: *Elementarium doctrinae rudimentum*, Venezia, 1491 [=1966].

Papiae Elementarium. Littera A. Recensuit V. de Angelis. III *(Ani-Azoni)* (*Testi e documenti per lo studio dell' antichità*, 58–3), Milano, 1980.

Passio Andreae: *Passio Andreae, Ex actis Andreae, Martyria Andreae, Acta Andreae et Matthiae, Acta Petri et Andreae, Passio Bartholomaei, Acta Ioannis, Martyrium Matthaei.* Edidit Maximilianus Bonnet (*Acta apostolorum apocrypha* [...] ediderunt Ricardus Adelbertus Lipsius et Maximilianus Bonnet, Partis alterius volumen prius), Lipsiae, 1898, pp. 1–37.

Petrus Comestor: *Petri Comestoris historia scholastica*, in: *Patrologiae Latinae* tomus 198, col. 1049–1722.

Petrus Diaconus: Schramm (Percy Ernst), *„Graphia Aureae Ur-*

bis Romae", in: *Kaiser, Könige und Päpste. Gesammelte Aufsätze zur Geschichte des Mittelalters*, Band 3, Stuttgart, 1969, pp. 313–359.

Petrus Lombardus: *Magistri Petri Lombardi Parisiensis episcopi sententiae in IV libris distinctae.* Editio tertia [...], 3 vol. (*Spicilegium Bonaventurianum* cura PP. Collegii S. Bonaventurae Ad Claras Aquas, 4–5), Grottaferrata, 1971–1981.

Petrus Mallius: *Petri Mallii descriptio basilicae Vaticanae aucta atque emendata a Romano presbitero*, in: *Codice topografico della città di Roma*, Vol. 3. A cura di Roberto Valentini e Giuseppe Zucchetti (*Fonti per la storia d' Italia* [...], 90), Roma, 1946, pp. 375–442.

Plinius maior: *C. Plini Secundi naturalis historiae libri XXXVII.* Post Ludovici Iani obitum recognovit et scripturae discrepantia adiecta edidit Carolus Mayhoff, 6 vol. *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)*, Stutgardiae, 1967–1970 [=1892–1909].

Plutarchus: *Plutarchi Moralia.* Vol. II. Recensuerunt et emendaverunt W. Nachstädt–W. Sieveking–J. B. Titchener *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)*, Leipzig, 1971[=1935].

Polythecon: *Polythecon.* Cura et studio A. P. Orbán (*Corpus Christianorum, Continuatio mediaevalis*, 93), Turnholti, 1990.

Prosper Aquitanus: *S. Prosperi Aquitani epigrammatum ex sententiis S. Augustini liber unus*, in: *Patrologiae Latinae* tomus 51, col. 497–532.

Prudentius: *Aurelii Prudentii Clementis carmina.* Recensuit [...] Ioannes Bergman (*Corpus scriptorum ecclesiasticorum Latinorum* [...], Vol. 61), Vindobonae–Lipsiae, 1926.

Pseudo-Aristoteles-Gerardus Cremonensis: Pattin (Adriaan), *Le Liber de causis. Édition établie à l'aide de 90 manuscrits avec introduction et notes*, in: *Tijdschrift voor filosofie*, 28 (1966), pp. 90–203.

Pseudo-Bonaventura: *Compendium sacre theologie pauperis*, Basileae, 1501.

Pseudo-Clemens-Rufinus: *Die Pseudoklementinen.* II. *Rekognitionen* in Rufins Übersetzung. Herausgegeben von Bernhard Rehm †. Zum Druck besorgt durch Franz Paschke (*Die griechischen christlichen Schriftsteller der ersten Jahrhunderte*, 51), Berlin, 1965.

Die Pseudoklementinen. III. *Konkordanz zu den Pseudoklementinen.* Erster Teil. *Lateinisches Wortregister* von Georg Strecker (*Die griechischen christlichen Schriftsteller der ersten Jahrhunderte,* 61), Berlin, 1986.

Pseudo-Dionysius: *Epistola beati Dionysii ad Timotheum de transitu beatorum apostolorum Petri et Pauli,* in: *Catalogus codicum hagiographicorum Bibliothecae Regiae Bruxellensis,* Pars I. *Codices Latini membranei,* Tomus I. Ediderunt hagiographi Bollandiani, Bruxellis, 1886, pp. 309–313.

Pseudo-Ovidius: Klopsch (Paul), *Pseudo-Ovidius, De vetula. Untersuchungen und Text* (*Mittellateinische Studien und Texte* [...], 2), Leiden–Köln, 1967.

Pseudo-Plutarchus: *Institutio Traiani,* in: *Plutarchi Chaeronensis moralia.* Recognovit Gregorius N. Bernardakis. Vol. 7 *Plutarchi fragmenta vera et spuria multis accessionibus locupletata* continens *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Lipsiae, 1896, pp. 183–193.

Pseudo-Quintilianus: *Declamationes XIX maiores Quintiliano falso ascriptae.* Edidit Lennart Håkanson *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Stutgardiae, 1982.

Pseudo-Seneca: *Epistolae Senecae ad Paulum et Pauli ad Senecam* ⟨*quae vocantur*⟩. Edidit Claude W. Barlow (*Papers and monographs of the American Academy in Rome,* 10), Horn, 1938.

Ptolemaeus: *Ptolemy, Tetrabiblos.* Edited and translated into English by F. E. Robbins (Loeb Classical library, 350), London-Cambridge, MA, 1940.

Sallustius: *C. Sallusti Crispi Catilina, Iugurtha, Fragmenta ampliora.* Post A. W. Ahlberg edidit Alphonsus Kurfess. Editio tertia *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Stutgardiae et Lipsiae, 1991 [= 1957].

Sedulius Scottus: *Sedulii Scotti collectaneum miscellaneum.* Edidit Dean Simpson (*Corpus Christianorum, Continuatio mediaevalis,* 67), Turnholti, 1988.

Seneca maior: *L. Annaeus Seneca maior. Oratorum et rhetorum sententiae, divisiones, colores.* Recensuit Lennart Håkanson *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana),* Leipzig, 1989.

Seneca minor: *L. Annaei Senecae opera quae supersunt.* Vol. 1. Fasc. 2. *L. Annaei Senecae de beneficiis libri 7, de clementia libri 2.*

Iterum edidit Carolus Hosius *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)*, Lipsiae, 1914.

L. Annaei Senecae ad Lucilium epistulae morales. Recognovit et adnotatione critica instruxit L. D. Reynolds. Tomus I. Libri I–XIII; Tomus II. Libri XIV–XX *(Scriptorum classicorum bibliotheca Oxoniensis)*, Oxonii, 1965.

L. Annaei Senecae dialogorum libri duodecim. Recognovit brevique adnotatione critica instruxit L. D. Reynolds *(Scriptorum classicorum bibliotheca Oxoniensis)*, Oxonii, 1977.

Serlius: *Il terzo libro d'architettura, nel qual si figurano e discrivono le antiquità di Roma,* Venezia, 1544.

Servius: *Servii grammatici qui feruntur in Vergilii carmina commentarii.* Recensuerunt Georgius Thilo et Hermannus Hagen, 3 vol., Lipsiae, 1881–1902.

Solinus: *C. Iulii Solini collectanea rerum memorabilium.* Iterum recensuit Theodorus Mommsen. Editio altera [...], Berolini, 1958 [=1895^2].

Suetonius: *C. Suetoni Tranquilli de vita Caesarum libri 8.* Recensuit Maximilianus Ihm [...] (*C. Suetoni Tranquilli opera.* Ex recensione Maximiliani Ihm, 1), Stutgardiae et Lipsiae, 1993 [= 1908].

Thomas Aquinas: *Sancti Thomae Aquinatis* [...] *commentum in quatuor libros Sententiarum magistri Petri Lombardi* [...], in: *Sancti Thomae Aquinatis* [...] *opera omnia* [...], Tomi 6–7, Parmae, 1856–1858.

Valerius Maximus: *Valerii Maximi factorum et dictorum memorabilium libri novem cum Iulii Paridis et Ianuarii Nepotiani epitomis.* Iterum recensuit Carolus Kempf *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)*, Stutgardiae, 1982 [= 1888].

Editione quoque maiore usus sum: *Valeri Maximi factorum et dictorum memorabilium libri novem cum incerti auctoris fragmento de praenominibus.* Recensuit et emendavit Carolus Kempfius, Berolini, 1854.

Vegetius: *Flavi Vegeti Renati epitoma rei militaris.* Edidit Alf Önnerfors *(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)*, Stutgardiae et Lipsiae, 1995.

Venantius Fortunatus: *Venanti Honori Clementiani Fortunati presbyteri Italici opera poetica.* Recensuit et emendavit Fridericus Leo (*Monumenta Germaniae historica, Auctorum antiquissimorum* tomi 4 pars prior), Berolini, 1881.

Vergilius: *P. Vergili Maronis opera.* Recognovit brevique adnotatione critica instruxit R. A. B. Mynors *(Scriptorum classicorum bibliotheca Oxoniensis),* Oxonii, 1972[2]

Vincentius Bellovacensis: *Bibliotheca mundi seu Speculi maioris Vincentii Burgundi praesulis Bellovacensis* [...] tomus quartus qui *Speculum historiale* inscribitur [...], Duaci, 1624.

Vives: *Ioannis Lodovici Vivis Valentini commentarii ad divi Aurelii Augustini De Civitate Dei.* II. *Libri I–V (Opera omnia Ioannis Lodovici Vivis Valentini,* vol. II. *Philologica,* 1). Curaverunt F. Georgius Pérez Durà-Iosephus M.ª Estellés González, Valencia, 1992.

CONSPECTUS COMMENTATIONUM IN PRAEFATIONE APPARATIBUS INDICIBUS MEMORATARUM

Adinolfi (Pasquale), *Roma nell' età di mezzo,* Tomo 1. *Rione Monti,* Firenze, 1980 [= 1881]; Tomo 2. *Rione Trevi. Rione Colonna,* Firenze, 1980 [= 1881]; *Rione Trastevere.* A cura di Emilia Carreras, Firenze, 1981; *Rione Campo Marzo. Rione S. Eustachio.* A cura di Clara Mungari, Firenze, 1983; *Rione Ponte,* Tomo 1. A cura di Clara Mungari, Firenze, 1989; *Rione Ponte,* Tomo 2. A cura di Emilia Carreras, Firenze, 1989.

Allegranza (Giuseppe), *Opuscoli eruditi latini ed italiani,* Cremona, 1781.

Andres (Giovanni), *Lettera dell'abate Giovanni Andres al Signor Abate Giacomo Morelli sopra alcuni codici delle biblioteche capitolari di Novara e di Vercelli,* Parma, 1802.

Armellini (Mariano), *Le chiese di Roma dal secolo IV al XIX,* Nuova edizione [...] a cura di Carlo Cecchelli [...], 2 vol., Roma, 1942.

Barbiche (Bernard), *Les "scriptores" de la chancellerie apostolique sous le pontificat de Boniface VIII (1295–1303),* in: *Bibliothèque de l'École des Chartes,* 128 (1970), pp. 115–187.

Barbiche (Bernard), *Diplomatique et histoire sociale: Les "scriptores" de la chancellerie apostolique au XIIIe siècle,* in: *Annali della Scuola Speciale per Archivisti e Bibliotecari dell' Università di Roma,* 12 (1972), pp. 116–129.

Barroero (Liliana), *Rione I – Monti,* Parte I, seconda edizione; Parte II *(Guide rionali di Roma),* Roma, 1982; 1979.

Baumgärtner (Ingrid), *Fraternitas Romana,* in: *Lexikon des Mittelalters,* 4 (1989), col. 850–851.

Berschin (Walter), *Griechisch-lateinisches Mittelalter. Von Hieronymus zu Nikolaus von Kues,* Bern–München, 1980.

Bertalot (Ludwig), *Die älteste gedruckte lateinische Epitaphien-*

sammlung, in: *Collectanea variae doctrinae Leoni S. Olschki* [...] obtulerunt Ludwig Bertalot e. a., Monachii, 1921, pp. 1–28.

Besnier (Maurice), *L'île tibérine dans l'Antiquité* (*Bibliothèque des Écoles françaises d'Athènes et de Rome,* 87), Paris, 1902.

Billanovich (Giuseppe), *Gli umanisti e le cronache medioevali. Il "Liber pontificalis", le "Decadi" di Tito Livio e il primo umanesimo a Roma,* in: *Italia medioevale e umanistica,* 1 (1958), pp. 103–137.

Billanovich (Giuseppe), *La tradizione del testo di Livio e le origini dell'umanesimo,* Volume 1. *Tradizione e fortuna di Livio tra medioevo e umanesimo,* Parte 1 (*Studi sul Petrarca* [...], 9), Padova, 1981.

Billanovich (Giuseppe), *Come nacque un capolavoro: la „Cronica" del non più Anonimo Romano. Il vescovo Ildebrandino Conti, Francesco Petrarca e Bartolomeo di Iacovo da Valmontone,* in: *Rendiconti dell'Accademia Nazionale dei Lincei, Classe di scienze morali, storiche e filologiche,* serie IX, vol. 6 (1995), pp. 195–211.

Bloch (Herbert), *Der Autor der „Graphia aureae urbis Romae",* in: *Deutsches Archiv für Erforschung des Mittelalters,* 40 (1984), pp. 55–175.

Bosi (Mario), *La memoria della separazione degli apostoli Pietro e Paolo sulla via Ostiense,* in: *Studi romani,* 24 (1976), pp. 219–226.

Broise (Henri)-Maire Vigueur (Jean-Claude), *Strutture famigliari, spazio domestico e architettura civile a Roma alla fine del Medioevo,* in: *Storia dell'arte italiana,* Parte terza. *Situazioni, momenti, indagini,* Volume quinto. *Momenti di architettura,* Torino, 1983, pp. 97–160.

Buchowiecki (Walther), *Handbuch der Kirchen Roms. Der römische Sakralbau in Geschichte und Kunst von der altchristlichen Zeit bis zur Gegenwart,* 3 vol., Wien, 1967; 1969; 1974.

Buddensieg (Tilman), *Gregory the Great, the destroyer of pagan idols. The history of a medieval legend concerning the decline of ancient art and literature,* in: *Journal of the Warburg and Courtauld Institutes,* 28 (1965), pp. 44–65.

Burdach (Konrad)-Piur (Paul), *Briefwechsel des Cola di Rienzo,* Erster Teil. *Rienzo und die geistige Wandlung seiner Zeit;* Zweiter Teil. *Kritische Darstellung der Quellen zur Geschichte Rienzos mit einer Abhandlung über die Briefsammlungen Petrarcas;* Fünfter Teil. *Nachlese zu den Texten. Kommentar.* Mit Beiträgen von Fritz

Kühn † (*Vom Mittelalter zur Reformation* [...], Zweiter Band, Erster Teil; Zweiter Teil; Fünfter Teil), Berlin, 1913–28; 1928; 1929.

Campana (Augusto), in: *Monseigneur Duchesne et son temps.* Actes du colloque organisé par l'École française de Rome (*Collection de l'École française de Rome,* 23), Rome, 1975, pp. 138–139.

Cancellieri (Clara), *L'area del Cimbro nella topografia medioevale e moderna,* in: *La Porta Magica. Luoghi e memorie nel giardino di Piazza Vittorio. Itinerari d'arte e di cultura/luoghi.* A cura di Nicoletta Cardano, Roma, 1990, pp. 65–69.

Cardinali (Giuseppe), *Epigrafia: Antichità classica,* in: *Enciclopedia italiana,* 14 (1932), pp. 71–84.

Carettoni (Gianfilippo), *Il Palatino nel Medioevo,* in: *Studi romani,* 9 (1961), pp. 508–518.

Carettoni (Gianfilippo), *Il Foro Romano nel Medioevo e nel Rinascimento,* in: *Studi romani,* 11 (1963), pp. 406–416.

Castagnoli (Ferdinando), *Topografia di Roma antica (Manuali universitari.* 1. *Per lo studio delle scienze dell'Antichità),* Torino, 1980.

Cecchelli (Carlo), *Il Campidoglio nel Medio Evo e nella rinascita,* in: *Archivio della Società Romana di Storia Patria,* 67 (1944), pp. 209–232.

Cecchelli (Carlo), *Documenti per la storia antica e medioevale di Castel S. Angelo,* in: *Archivio della Societa Romana di Storia Patria,* 74 (1951), pp. 27–67.

Cecchelli (Carlo), *Roma medioevale,* in: Castagnoli (Ferdinando) e.a., *Topografia e urbanistica di Roma* (*Storia di Roma,* Volume 22), Bologna, 1958, pp. 187–341.

Cecchelli (Carlo), *Continuità storica di Roma antica nell'alto medioevo,* in: *La città nell'alto medioevo* (*Settimane di studio del Centro italiano di studi sull'alto medioevo,* 6), Spoleto, 1959, pp. 89–149.

Clementi (Filippo), *Il Carnevale romano nelle cronache contemporanee,* 2 vol., Roma, 1899; 1938.

Clementi (Filippo), *Il Celio nella leggenda,* in: *Capitolium,* 12 (1937), pp. 231–239.

Coarelli (Filippo), *Roma (Guide archeologiche Laterza),* Bari, 1989 [= 1980^6].

Colini (Antonio M.), *Storia e topografia del Celio nell'antichità*

[...] (*Memorie della Pontificia Accademia Romana d'Archeologia,* 7), Città del Vaticano, 1944.

Corvisieri (Costantino), *Dell'Acqua Tocia in Roma nel medio evo. Investigazione storico-topografica,* in: *Il Buonarotti,* ser. II, 5 (1870), pp. 66–80.

Coulter (Cornelia C.), *Boccaccio's archaeological knowledge,* in: *American journal of archaeology,* 41 (1937), pp. 397–405.

Cozza (Lucos), *Mura Aureliane,* 1. *Trastevere, il braccio settentrionale: dal Tevere a Porta Aurelia – S. Pancrazio,* in: *Bullettino della Commissione Archeologica Comunale di Roma,* 91 (1986), pp. 103–130.

Cozza (Lucos), *Mura Aureliane,* 2. *Trastevere, il braccio meridionale: dal Tevere a Porta Aurelia – S. Pancrazio,* in: *Bullettino della Commissione Archeologica Comunale di Roma,* 92 (1987–1988), pp. 137–174.

Cozza (Lucos), *Roma: le mura Aureliane dalla Porta Flaminia al Tevere,* in: *Papers of the British School at Rome,* 57 (1989), pp. 1–5.

Cozza (Lucos), *Mura di Roma dalla Porta Flaminia alla Pinciana,* in: *Analecta Romana Instituti Danici,* 20 (1992), pp. 93–138.

Cozza (Lucos), *Mura di Roma dalla Porta Pinciana alla Salaria,* in: *Analecta Romana Instituti Danici,* 21 (1993), pp. 81–139.

Cozza (Lucos), *Mura di Roma dalla Porta Salaria alla Nomentana,* in: *Analecta Romana Instituti Danici,* 22 (1994), pp. 61–95.

Cusanno (Anna Maria), *Turris Comitum. Vicende storiche ed ipotesi sulla „Torre della Citta",* in: *L'Urbe,* 51 (1988), n. 5–6, pp. 20–38.

Cusanno (Anna Maria), *Il complesso fortificato „delle milizie" a Magnanapoli,* in: *Bollettino d'arte,* 56–57 (1989), pp. 91–108.

D'Onofrio (Cesare), *Castel S. Angelo,* Roma, 1971.

D'Onofrio (Cesare), *Roma val bene un'abiura. Storie romane tra Cristina di Svezia, Piazza del Popolo e l'Accademia d'Arcadia,* Roma, 1976.

D'Onofrio (Cesare), *Castel S. Angelo e Borgo tra Roma e papato (Collana di studi e testi per la storia della città di Roma,* 1), Roma, 1978.

D'Onofrio (Cesare), *Le fontane di Roma,* 3a edizione interamente riveduta e ampliata (*Studi e testi per la storia della città di Roma,* 7), Roma, 1986.

D'Onofrio (Cesare), *Visitiamo Roma nel Quattrocento. La città degli umanisti* (*Studi e testi per la storia della città di Roma,* 9), Roma, 1989.

D'Onofrio (Cesare), *Un popolo di statue racconta. Storie, fatti, leggende della città di Rome antica, medievale, moderna* (*Studi e testi per la storia della città di Roma,* 10), Roma, 1990.

De Rossi (Gian Battista), *Atto di donazione di fondi urbani alla chiesa di S. Donato in Arezzo rogato in Roma l'anno 1051,* in: *Archivio della Reale Società Romana di Storia Patria,* 12 (1889), pp. 199–213.

Dessau (H.), *Lateinische Epigraphik,* in: *Einleitung in die Altertumswissenschaft.* Herausgegeben von Alfred Gercke und Eduard Norden, I. Band [...], Dritte Auflage, Leipzig–Berlin, 1927, 10, pp. 1–37.

Diener (Hermann), *Johannes Cavallini. Der Verfasser der Polistoria* de virtutibus et dotibus Romanorum, in: *Storiografia e storia.* Studi in onore di Eugenio Duprè Theseider, Roma, 1974, pp. 151–173.

Diener (Hermann), *Gli officiali della Cancelleria pontificia nel secolo XV e la loro attività nelle arti e nelle lettere,* in: *Cancelleria e cultura nel Medio Evo.* Comunicazioni presentate nelle giornate di studio della commissione. Stoccarda, 29–30 agosto 1985 – XVI Congresso Internazionale di Scienze Storiche. A cura di Germano Gualdo, Città del Vaticano, 1990, pp. 319–331 [= *Die Mitglieder der päpstlichen Kanzlei des 15. Jahrhunderts und ihre Tätigkeit in den Wissenschaften und Künsten,* in: *Quellen und Forschungen aus italienischen Archiven und Bibliotheken,* 69 (1989), pp. 111–124].

Du Jardin (Luigi), *Del simulacro tiberino di Marforio e delle statue affini,* in: *Memorie della Pontificia Accademia Romana di Archeologia,* ser. III, 3 (1932–1933), pp. 35–80.

Duprè Theseider (Eugenio), *L'idea imperiale di Roma nella tradizione del Medioevo (Documenti di storia e di pensiero politico),* Milano, 1942.

Duprè Theseider (Eugenio), *Roma dal comune di popolo alla signoria pontificia (1252–1377)* (*Storia di Roma,* Volume 11), Bologna, 1952.

Dykmans (Marc), *Le Cérémonial papal de la fin du Moyen Age à la Renaissance,* Tome 2. *De Rome en Avignon ou le Cérémonial de*

Jacques Stefaneschi (*Bibliothèque de l'Institut historique belge de Rome,* 25), Bruxelles–Rome, 1981.

Fabricius (Johannes Albertus), *Bibliotheca Latina mediae et infimae aetatis* [...] *post editionem Patavinam anno 1754 nunc denuo emendata et aucta* [...], Tomus IV [...], Florentiae, 1858, p. 348.

Fagiolo (Marcello) – Madonna (Maria Luisa), *Roma 1300–1875. La città degli anni santi. Atlante,* Milano, 1985.

Fedele (Pietro), *Per la biografia di Pietro Cavallini,* in: *Archivio della R[eale] Società Romana di Storia Patria,* 43 (1920), pp. 157–159.

Ferrari (Guy), *Early Roman monasteries. Notes for the history of the monasteries and convents at Rome from the V through the X century* (*Studi di antichità cristiana,* 23), Città del Vaticano, 1957.

Fossier (François), *Premières recherches sur les manuscrits latins du Cardinal Marcello Cervini (1501–1555),* in: *Mélanges de l'École française de Rome. Moyen Age-Temps modernes,* 91 (1979), pp. 381–456.

Frutaz (Amato Pietro), *Le piante di Roma,* 3 vol., Roma, 1962.

Gallavotti Cavallero (Daniela), *Rione XII – Ripa,* Parte I; Parte II *(Guide rionali di Roma),* Roma, 1977; 1978.

Gardner (Julian), rec. Paul Hetherington, *Pietro Cavallini. A study in the art of late medieval Rome* (London, 1979), in: *The Burlington magazine,* 122 (1980), pp. 255–258 .

Gennaro (Clara), *Mercanti e bovattieri nella Roma della seconda metà del Trecento (da una ricerca su registri notarili),* in: *Bullettino dell'Istituto Storico Italiano per il Medio Evo e Archivio Muratoriano,* 78 (1967), pp. 155–203.

Gerardi (F.), *Note sulla topografia dell'Esquilino settentrionale nell'Altomedioevo,* in: *Archeologia del Medioevo a Roma. Edilizia storica e territorio.* 1. A cura di Letizia Pani Ermini ed Elisabetta De Minicis (*Mediterraneo tardoantico e medievale. Scavi e ricerche,* 4), Taranto, 1988, pp. 127–137.

Gigli (Laura), *Rione XIII – Trastevere,* Parte II, seconda edizione *(Guide rionali di Roma),* Roma, 1980.

Gnoli (Umberto), *Topografia e toponomastica di Roma medioevale e moderna,* Roma, 1939.

Graf (Arturo), *Roma nella memoria e nelle immaginazioni del Medio Evo. Con un appendice sulla leggenda di Gog e Magog,* Sala Bolognese, 1987 [=1923].

Gregorovius (Ferdinand), *Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter vom V. bis XVI. Jahrhundert.* Herausgegeben von Waldemar Kampf, Vollständige und überarbeitete Ausgabe in vier Bänden nach der erstmals 1953–1957 erschienenen Ausgabe, München, 1978.

Ad novam hanc editionem curandam Kampf nixus est quinta editione (1903), quae ultimas ipsius Gregorovii († 1891) retractationes inclusit. Propter adnotationes etiam prima editione Italice versa (*Storia della città di Roma nel Medio Evo,* 4 vol., Roma, 1900–1901) usus sum.

Guglielmi Faldi (Carla), *Cavallini, Pietro,* in: *Dizionario biografico degli Italiani,* 22 (1979), pp. 775–784.

Heinemann (Otto von), *Die Handschriften der herzoglichen Bibliothek in Wolfenbüttel,* Band IX, Frankfurt, 1966 [=1913].

Hetherington (Paul), *Pietro Cavallini. A study in the art of late medieval Rome,* London, 1979.

Hetherington (Paul), *Medieval Rome. A portrait of the city and its life,* London, 1994.

Hoffmann (Paola), *Rione IV – Campo Marzio,* Parte I *(Guide rionali di Roma),* Roma, 1981.

Huelsen (Christian), *Die angebliche mittelalterliche Beschreibung des Palatins,* in: *Mitteilungen des Deutschen Archaeologischen Instituts. Roemische Abteilung,* 17 (1902), pp. 255–268.

Huelsen (Christian), *Sulle vicende del Teatro di Marcello nel Medio Evo,* in: *Rendiconti della Pontificia Accademia Romana di Archeologia,* 1 (1923), pp. 169–174.

Huelsen (Christian) e. a., *S. Agata dei Goti* (*Monografie sulle chiese di Roma,* 1), Roma, 1924.

Huelsen (Christian), *Le chiese di Roma nel medio evo. Cataloghi ed appunti,* Firenze, 1927.

Huelsen (Christian), *Note di topografia romana antica e medievale.* 4. *Castra Ravennatium e Regio Ravennatium,* in: *Bullettino della Commissione archeologica comunale di Roma,* 55 (1928), pp. 85–93.

Jacks (Philip), *The antiquarian and the myth of Antiquity. The origins of Rome in Renaissance thought,* Cambridge, 1993.

Jordan (Heinrich), *Topographie der Stadt Rom im Alterthum,* Zweiter Band; Erster Band. Erste Abtheilung; Erster Band. Zweite Abtheilung; Erster Band. Dritte Abtheilung. Bearbeitet von Christian Huelsen, Berlin, 1871; 1878; 1885; 1907.

Krautheimer (Richard) e. a., *Corpus basilicarum christianarum Romae. Le basiliche cristiane antiche di Roma (Sec. IV–IX),* 5 vol. (*Monumenti di antichità cristiana* [...], 2a serie, 2), Città del Vaticano-Roma-New York, 1937; 1962–1963–1964; 1971; 1976; 1980.

Krautheimer (Richard), *Rome. Profile of a city. 312–1308,* Princeton, NJ, 1980.

Lanciani (Rodolfo), *Ancient Rome in the light of recent discoveries,* Boston-New York, 1889.

Lanciani (Rodolfo), *Miscellanea topografica. Gli* horti Aciliorum *sul Pincio,* in: *Bullettino della Commissione Archeologica Comunale di Roma,* 19 (1891), pp. 132–155.

Lanciani (Rodolfo), *The ruins and excavations of ancient Rome. A companion book for students and travellers,* London, 1897.

Lanciani (Rodolfo), *Le escavazioni del Foro,* in: *Bullettino della Commissione Archeologica Comunale di Roma,* 29 (1901), pp. 20–51.

Lanciani (Rodolfo), *The destruction of ancient Rome,* London, 1906.

Lanciani (Rodolfo), *Wanderings in the Roman Campagna,* London–Boston–New York, 1909.

Lanciani (Rodolfo), *Storia degli scavi di Roma e notizie intorno le collezioni romane di antichità.* Coordinamento redazionale e apparato illustrativo a cura di Leonello Malvezzi Campeggi e. a., 5 vol., Roma, 1989–1994.

Ipsius Lanciani editio quattuor voluminibus (sine tabulis) inter annos 1902 et 1912 publici iuris facta est.

Laureys (Marc), *Between* Mirabilia *and* Roma instaurata: *Giovanni Cavallini's* Polistoria, in: *Italy in France and France in Italy. Fourteenth-century Avignon and Naples,* edd. H. Ragn Jensen-M. Pade-L. Waage Petersen (*Analecta Romana Instituti Danici,* Supplementum XXIII), Roma [in lucem proferetur anno 1996]

Lugli (Giuseppe), *I monumenti antichi di Roma e suburbio,* 3 vol. et suppl., Roma, 1930; 1934; 1938; 1940.

Lugli (Giuseppe), *Roma antica. Il centro monumentale,* Roma, 1946.

Lugli (Giuseppe), *Itinerario di Roma antica,* Milano, 1970.

Maccarone (Michele), *La storia della Cattedra,* in: *Memorie*

della Pontificia Accademia Romana di Archeologia, Volume X. *La Cattedra lignea di S. Pietro in Vaticano,* Città del Vaticano, 1971, pp. 3–70.

Maire Vigueur (Jean-Claude), *Cola di Rienzo,* in: *Dizionario biografico degli Italiani,* 26 (1982), pp. 662–675.

Marchetti (Maria), *Un manoscritto inedito riguardante la topografia di Roma,* in: *Bullettino della Commissione Archeologica Comunale di Roma,* 42 (1915), pp. 41–116; 343–405.

Marchetti Longhi (Giuseppe), *Le contrade medioevali della zona „in Circo Flaminio". Il „Calcarario",* in: *Archivio della Società Romana di Storia Patria,* 42 (1919), pp. 401–536.

Marchetti Longhi (Giuseppe), *L'Aventino nel Medio Evo (I colli di Roma),* Roma, 1947.

Marchetti Longhi (Giuseppe), *I Boveschi e gli Orsini* (*Le grande famiglie italiane,* 12), Roma, 1960.

Marchetti Longhi (Giuseppe), *Il „Mons Fabiorum". Note di topografia medioevale di Roma,* in: *Archivio della Società Romana di Storia Patria,* 99 (1976), pp. 5–69.

Martinelli (Fioravante), *Roma ex ethnica sacra sanctorum Petri et Pauli apostolica praedicatione profuso sanguine a Floravante Martinello Romano publicae venerationi exposita,* Romae, 1653.

Mazzatinti (Giuseppe), *Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia,* Vol. VI, Forlì, 1896.

Meneghini (Roberto), *Il Foro ed i Mercati di Traiano nel Medioevo attraverso le fonti storiche e d'archivio,* in: *Archeologia medievale,* 20 (1993), pp. 79–120.

Mercati (Angelo), *Nell'Urbe dalla fine di settembre 1337 a 21 gennaio 1338. Documenti seguiti da altre „Varia" dall'Archivio Segreto Vaticano* (*Miscellanea Historiae Pontificiae,* 10), Roma, 1945.

Miglio (Massimo), *„Et rerum facta est pulcherrima Roma": attualità della tradizione e proposte di innovazione,* in: *Aspetti culturali della società italiana nel periodo del papato avignonese (15–18 ottobre 1978)* (*Convegni del Centro di Studi sulla spiritualità medievale. Università degli Studi di Perugia,* 19), Todi, 1981, pp. 311–369.

Denuo typis excusa in: *Scritture, scrittori e storia.* I. *Per la storia del Trecento a Roma* (*Patrimonium. Studi di storia e arte,* 1), Manziana (Roma), 1991, pp. 11–53.

Miglio (Massimo), *Il leone e la lupa. Dal simbolo al pasticcio alla francese,* in: *Studi romani,* 30 (1982), pp. 177–186.

Mittellateinisches Wörterbuch bis zum ausgehenden 13. Jahrhundert [...], Band 1. *A–B.* Redigiert von Otto Prinz unter Mitarbeit von Johannes Schneider, München, 1967.

Monaco (Ernesto), *Ricerche sotto la diaconia di S. Teodoro,* in: *Rendiconti della Pontificia Accademia Romana di Archeologia,* 45 (1972–1973), pp. 223–241.

Montenovesi (Ottorino), *Chiese romane. Note e appunti,* in: *L'Urbe,* 7 (1942), n. 11–12, pp. 8–12.

Morghen (Raffaello), *Orsini,* in: *Enciclopedia italiana,* 25 (1935), pp. 605–606.

Moroni (Gaetano), *Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica da S. Pietro sino ai nostri giorni,* 103 vol., Venezia, 1840–1861; *Indice,* 6 vol., Venezia, 1878–1879.

Moscati (Anna), *Note su Giovanni Cavallini,* in: *Studi romani,* 3 (1955), pp. 397–400.

Nash (Ernest), *Pictorial dictionary of ancient Rome,* revised edition, 2 vol., London, 1968.

Negro (Angela), *Rione II – Trevi,* Parte I *(Guide rionali di Roma),* Roma, 1980.

Nogara (Bartholomeus), *Codices Vaticani Latini.* Tomus III. *Codd. 1461–2059* (*Bibliothecae Apostolicae Vaticanae codices manu scripti recensiti* [...]), Romae, 1912.

Onofri (Laura), *Roma come nuova Terrasanta,* in: *Roma sancta. La città delle basiliche.* A cura di Marcello Fagiolo e Maria Luisa Madonna (*Roma. Storia, cultura, immagine,* 2), Roma, 1985, pp. 218–232.

Palma (Marco), *Cavallini dei Cerroni, Giovanni,* in: *Dizionario biografico degli Italiani,* 22 (1979), pp. 785–787.

Papencordt (Felice), *Cola di Rienzo e il suo tempo.* Con annotazioni ed aggiunte di Tommaso Gar, Torino, 1844.

Pastor (Ludwig von), *Geschichte der Päpste im Zeitalter der Renaissance bis zur Wahl Pius' II.* (*Geschichte der Päpste seit dem Ausgang des Mittelalters,* 1. Band), Dritte und vierte, vielfach umgearbeitete und vermehrte Auflage, Freiburg im Breisgau, 1901.

Pascal (Carlo), *Roma vetus,* in: *Poesia latina medievale. Saggi e note critiche,* Catania, 1907, pp. 73–86.

Huius commentationis brevior recensio typis excusa est in: *Rendiconti della Reale Accademia dei Lincei, Classe di scienze morali, storiche e filologiche,* Serie quinta, Vol. 15, Roma, 1906, pp. 478–483.

Pellegrin (Elisabeth) e.a., *Les manuscrits classiques latins de la Bibliothèque Vaticane,* Tome III. 1ère partie. *Fonds Vatican latin, 224–2900 (Documents, études et répertoires publiés par l'IRHT),* Paris, 1991.

Pericoli Ridolfini (Cecilia), *Rione VI – Parione,* Parte I, seconda edizione; Parte II, terza edizione *(Guide rionali di Roma),* Roma, 1973; 1980.

Pericoli Ridolfini (Cecilia), *Rione VIII – S. Eustachio,* Parte I, seconda edizione *(Guide rionali di Roma),* Roma, 1980 (1980b).

Pietrangeli (Carlo), *Una porta ignorata di Roma. La Posterula Ardeatina,* in: *Capitolium,* 20 (1945), pp. 1–8.

Pietrangeli (Carlo), *Insegne e stemmi dei rioni di Roma,* in: *Capitolium,* 28 (1953), pp. 182–192.

Pietrangeli (Carlo), *La fonte di Marforio,* in: *Capitolium,* 32 (1957), pp. 8–13.

Pietrangeli (Carlo), *Il Palazzo Senatorio nel Medioevo,* in: *Capitolium,* 35 (1960), n. 1, pp. 3–19.

Pietrangeli (Carlo), *Rione XI – S. Angelo,* terza edizione riveduta *(Guide rionali di Roma),* Roma, 1976.

Pietrangeli (Carlo), *Rione V – Ponte,* Parte I, terza edizione *(Guide rionali di Roma),* Roma, 1978.

Pietrangeli (Carlo), *Rione X – Campitelli,* Parte I, seconda edizione; Parte II, seconda edizione; Parte III, seconda edizione *(Guide rionali di Roma),* Roma, 1978 (1978b); 1979; 1979 (1979b).

Pietrangeli (Carlo), *Rione III – Colonna,* Parte I, seconda edizione *(Guide rionali di Roma),* Roma, 1980.

Pietrangeli (Carlo), *Rione VII – Regola,* Parte I, terza edizione *(Guide rionali di Roma),* Roma, 1980 (1980b).

Pietrangeli (Carlo), *Rione IX – Pigna,* Parte I, seconda edizione *(Guide rionali di Roma),* Roma, 1980 (1980c).

Pietrangeli (Carlo) – Pecchioli (Arrigo), *La Casa di Rodi e i Cavalieri di Malta a Roma,* Roma, 1981.

Pietrangeli (Carlo), *Rione III – Colonna,* Parte II *(Guide rionali di Roma),* Roma, 1982.

Platner (Samuel Ball), *A topographical dictionary of ancient Rome.* Completed and revised by Thomas Ashby, London, 1929.

Re (Camillo), *Il Campidoglio* e *le sue adiacenze nel secolo XIV,* in: *Bullettino della Commissione Archeologica Comunale di Roma,* 10 (1882), pp. 94–129.

Richardson (L., jr.), *A new topographical dictionary of ancient Rome,* Baltimore–London, 1992.

Robathan (Dorothy M.), *Flavio Biondo's Roma Instaurata,* in: *Mediaevalia et humanistica,* 1 (1970), pp. 203–216.

Rodríguez Almeida (Emilio), *Il monte Testaccio. Ambiente. Storia. Materiali (Studi e materiali dei musei e monumenti comunali di Roma),* Roma, 1984.

Roma e dintorni [...] *(Guida d'Italia del Touring Club Italiano),* Milano, 1993⁸.

Sabbadini (Remigio), *Le scoperte dei codici latini e greci ne' secoli XIV e XV.* [...] A cura di Eugenio Garin (*Biblioteca storica del Rinascimento* [...], 4), 2 vol., Firenze, 1967 [= 1905 et 1914].

Vide etiam huius libri existimationem a Vladimiro Zabughin conscriptam, in: *Giornale storico della letteratura italiana,* 69 (1917), pp. 126–130.

Salimei (A.), *Senatori e statuti di Roma nel Medioevo. I senatori. Cronologia e bibliografia dal 1144 al 1447* (*Biblioteca storica di fonti e documenti,* Volume II), Roma, 1935.

Schramm (Percy Ernst), *Herrschaftszeichen und Staatssymbolik. Beiträge zu ihrer Geschichte vom dritten bis zum sechzehnten Jahrhundert* (*Schriften der Monumenta Germaniae Historica,* 13), 3 vol., Stuttgart, 1954–1956 (+ *Nachträge aus dem Nachlaß:* 1978).

Schramm (Percy Ernst), *Kaiser, Rom und Renovatio. Studien zur Geschichte des römischen Erneuerungsgedankens vom Ende des karolingischen Reiches bis zum Investiturstreit,* Darmstadt, 1984 [= 1957²].

Schramm (Percy Ernst), *Die römische Literatur zur Topographie und Geschichte des alten Rom im XI. und XII. Jahrhundert,* in: *Kaiser, Könige und Päpste. Gesammelte Aufsätze zur Geschichte des Mittelalters,* Band 4,1, Stuttgart, 1970, pp. 22–42.

Schwarz (Brigide), *Die Organisation kurialer Schreiberkollegien von ihrer Entstehung bis zur Mitte des 15. Jahrhunderts* (*Bibliothek

des Deutschen Historischen Instituts in Rom, Band 37), Tübingen, 1972.

Silvagni (Angelo), *Intorno alle più antiche raccolte di iscrizioni classiche e medievali,* I. *Nuovo ordinamento delle sillogi epigrafiche di Roma anteriori al secolo XI* (*Dissertazioni della Pontificia Accademia Romana di Archeologia,* Serie 2, Tomo 15), Roma, 1921, pp. 179–229.

Silvagni (Angelo), *Se la silloge epigrafica Signoriliana possa attribuirsi a Cola di Rienzo,* in: *Archivum latinitatis medii aevi,* 1 (1924), pp. 175–183.

Steinby (Eva Margareta), ed., *Lexicon topographicum Urbis Romae,* volume primo. *A–C*; volume secondo. *D–G,* Roma, 1993; 1995.

Tedeschi Grisanti (Giovanna), *I „Trofei di Mario". Il ninfeo dell'acqua Giulia sull'Esquilino* (*I monumenti romani,* 7), Roma, 1977.

Tedeschi Grisanti (Giovanna), *I Trofei di Mario fino alla trasformazione ottocentesca dell'Esquilino,* in: *La Porta Magica. Luoghi e memorie nel giardino di Piazza Vittorio. Itinerari d'arte e di cultura/ luoghi.* A cura di Nicoletta Cardano, Roma, 1990, pp. 59–63.

Tomassetti (Giuseppe), *Della Campagna romana nel Medio Evo,* in: *Archivio della Società Romana di Storia Patria,* 2 (1879), pp. 129–164.

Tomassetti (Giuseppe), *La Campagna romana antica, medioevale e moderna.* Nuova edizione aggiornata a cura di Luisa Chiumenti e Fernando Bilancia, 7 vol. (*Arte e archeologia. Studi e documenti,* 12–18), Firenze, 1979–1980.

Editio prima quattuor voluminibus, quorum ultimum a Francisco filio una cum Josepho patre paratum est, inter annos 1910 et 1926 prelo est mandata. De nova editione vide existimationem conscriptam a R. Lefevre, in: *Archivio della Società Romana di Storia Patria,* 99 (1976), pp. 372–374.

Tomasi Velli (S.), *Gli antiquari intorno al circo romano. Riscoperta di una tipologia monumentale antica,* in: *Annali della Scuola Normale Superiore di Pisa. Classe di Lettere e Filosofia,* ser. III, 20 (1990), pp. 61–168.

Tomei (Alessandro), *Cavallini, Pietro,* in: *Enciclopedia dell'arte medievale,* Volume IV, 1993, pp. 586–594.

Toubert (Pierre), *Les structures du Latium médiéval. Le Latium*

méridional et la Sabine du IXe siècle a la fin du XIIe siècle (*Bibliothèque des Écoles françaises d'Athènes et de Rome,* 221), 2 vol., Rome, 1973.

Tuniz (Dorino), *Giovanni Capogallo vescovo di Novara 1402–1413. Le vicende e i libri di un prelato italiano fra il Tre e il Quattrocento,* in: *Novarien,* 3 (1969), pp. 126–153.

Vagnetti (Luigi), *Lo studio di Roma negli scritti albertiani,* in: *Convegno internazionale indetto nel V centenario di Leon Battista Alberti* (*Accademia Nazionale dei Lincei, Problemi attuali di scienza e di cultura,* 209), Roma, 1974, pp. 73–140.

Weiss (Egon), *Gallinaria silva,* in: *Paulys Realencyclopädie der classischen Altertumswissenschaft,* 13. Halbband (1910), col. 670.

Wissowa (Georg), *Tiberinus,* in: *Ausführliches Lexikon der griechischen und römischen Mythologie* [...] herausgegeben von W. H. Roscher (†), 5 (1916–1924), col. 932–935.

Zippel (Giuseppe), *Ricordi romani dei Cavalieri di Rodi,* in: *Archivio della Società Romana di Storia Patria,* 44 (1921), pp. 169–205.

Legi potest in: Zippel (Giuseppe), *Storia e cultura del Rinascimento italiano,* ed. Gianni Zippel (*Medioevo e umanesimo,* 33), Padova, 1979, pp. 494–520.

IOANNIS CABALLINI
POLISTORIA DE VIRTUTIBUS
ET DOTIBUS ROMANORUM

CONSPECTUS TITULORUM

«[1]Incipit prologus Polistorie Johannis Caballini de Cerronibus de Urbe de dignitatibus Romanorum.[2] Incipiunt capitula librorum huius operis, primo in primo libro. **TIT,1**

1 Incipit Polistoria Johannis Caballini de Cerronibus de virtutibus et dotibus Romane urbis ipsorumque imperatoris et pape singularibus monarchiis *ante* Incipit *add. O*

2 et rescriptus ad instantiam et mandatum reverendissimi patris et domini domini Johannis de Capogallo de Roma, Sacre Pagine profexoris, venerandi monasterii Sancti Pauli abbatis *post* Romanorum *add. N*

1 peccatores *N*: pastores *O*
2 De misericordia prelatorum ... XII *om. O*
3 prisca, ut patebit *om. O*

1 De virtutibus ... IX *om. O*
2 De continentia ... XVI *om. O*

1 muros *scripsi*: muris *codd.*
2 nominum *scripsi*: nomina *codd.*
3 hodie *om. N*

1 nuncupata *scripsi*: nuncupatur *codd.*
2 dicta est *N*: dicitur *O*
3 et *om. N*
4 De incidentia *post* I *add. O*
5 et Vie Late *om. O*

1 Parleonis *N*: *spatium reliquit O*
2 *add. NO*

PROLOGUS

Incipit prologus Polistorie Johannis Caballini de Cerronibus de Urbe, apostolice sedis scriptoris[1], de virtutibus et dotibus Romanorum[2] **PR,1** VZ,4,20,1

Quamvis *urbis Romane* civiumque ipsius[3] ingentia *facta simul ac dicta memoratu digna*[a] tenuis sermo ad plenum non explicet, quia longum esset singula et sparsa per inmensum corpus ystoriarum prosequi, ideo, ne longo rerum acervo legentes confunderem, ad laudem et gloriam perpetuam Romane[4] urbis sepius rogatus a pluribus Romanis concivibus, amicis carissimis, ad instar preparantium aliis convivium[5] qui querunt aliorum voluntati parere, ipso iuvante qui secundum Iacobum apostolum *dat* gratiam *omnibus affluenter* (Vulg., *Iac.* 1,5) et a quo procedit omnis eloquentia atque decor, presentem vigiliarum et sudoris assumpsi laborem non facilem, qui nemini debet videri[6] superfluus nec exilis, quia amor laboris, *cotidiana exercitatio* (Veg., *Mil.* 1,15) et *assidua* belli *meditatio* reddunt *strenuum* pugnatorem[b].

Et est ratio quia experientia longa potentat[7], secundum 2

1 ac canonici Sancte Marie Rotunde de eadem Urbe *post* scriptoris *add. NO*

2 ipsorumque imperatoris et pape singularibus monarchiis ac aliis incidentiis eorundem. [Incipit prologus libri primi huius operis *O*] *post* Romanorum (Romane urbis *O*) *add. NO*

3 civiumque ipsius *codd.*: exterarumque gentium *Val.Max.*

4 Romane *G*: eiusdem *NO*

5 aliis convivium *coniecerunt sed tamen deleverunt Valentini et Zucchetti*: aliis concivium *GN* (*om. O*)

6 debet videri *G*: videri debet *NO*

7 potentat *NO (cf. Polist., 2,3,11):* poterant *G*

Vegecium .I. et .III. De re militari c. XV et c. X in principio, ibi: *omnes artes omniaque opera cotidiano usu et iugi exercitio* roborantur (Veg., *Mil.* 3,10) et otio liquefiunt quod inclinat ad lasciviam, secundum Philosophum .I. Rethoricorum (cf. Arist., *Rhet.* 1370a14–18) et Vegecium .I. De re militari c. ultimo (cf. Veg., *Mil.* 1,28).

3 Verum et si omnium gentium istorie revolvantur, nullarum gentium gesta clarius elucescunt quam gesta magnifica Romanorum. Declarat hoc amplissimi imperii Romani splendor, *penes quem hominum deorumque consensus maris ac terre regimen esse voluit,* secundum Valerium prohemio libri primi (Val. Max. 1,PR.) et *De origine iuris* l. II § et[1] *cum placuisset* (*Dig.* 1,2,2,26) et § *deinde* (*Dig.* 1,2,2,9), et § *novissime* (*Dig.* 1,2,2,11). Et quia *ad statum totius* orbis[2] *corrigendum unus sufficit,* propterea *nullum meritum fuit valentius discipline militari* quam sub unius inperio regimen esset orbis, secundum Valerium .II. De disciplina militari § *Lutius Marcius* (Val. Max. 2,7,15) et Digestorum *De offitio prefecti vigilum* l. *nam* ad statum[3] (*Dig.* 1,15,3).

4 Set *quinam est* hodie civium eorundem *quem* non[4] *pigeat* hodie *longinquitates bellorum* non solum *scribere,* sed etiam *perlegere* ea *que* maiores ipsorum *gerere* non fastidierunt, secundum Livium .X. Ab urbe condita c. XVII (Liv. 10,31,15), quia *arduum* eis *videtur res gestas scribere*? Et est ratio quia *facta dictis exequenda sunt,* secundum Salustium in prohemio (Sall., *Catil.* 3,2).

5 Constat igitur ex predictis eum nolle pugnare, si necesse sit, qui libros nolit legere pugnatorum, sic dicen-

1 et *codd.*: deinde *Dig.*
2 orbis *codd.*: civitatis *Val.Max.*
3 ad statum *codd.*: salutem *Dig.*
4 non *add. codd.*

tem: *Imperatorem mater me peperit, non bellatorem,* argumento Frontini .IIII. c. VII § *Scipio Africanus* (Frontin., *Strat.* 4,7,4). Unde Philosophus .I. Rethoricorum dicit quod leges et gesta[1] probarum civitatum sciuntur legendo libros ystoriographos (Arist., *Rhet.* 1360a34–37).

Erga quos, *utinam tam efficaciter quam libenter*[c], prona dilectio me adduxit; pauca eisdem eiusdem urbis et civium *documenta ab illustribus electa auctoribus*[d] ac preclaris rerum gestarum complexa scriptoribus *brevi, si possum, volo sermone* retexere, *ut illis* presertim *detur intentio in eisdem qui sciunt ex paucis multa cogitare*[e]. 6

Verum considerata librorum multitudine ystoriarum huiusmodi, quarum rara est copia, quantum tempus expostulat, succinto sermone curavi retexere, ne ex multiloquii tedio que narrantur reddantur insipida, neque ex nimie brevitatis eloquio efficiantur obscura, secundum Vegecium .III. De re militari, prologo dicti libri (cf. Veg., *Mil.* 3,PR.), *appositis* dicentium *testimoniis, ut*[2] *non sit necesse* legentibus volumina *librorum evolvere, quibus brevitas* in presenti *collecta quod queritur sine labore offert*[f], *nec laboris pigebit,* presertim *cum omnibus profutura*[3] *credantur*[4 g]. 7

Est itaque mee parvitatis intentio cuncta que in hoc opusculo parvo traduntur per titulos distinguere sub claro compendio, ut distincta per partes comodius sub quolibet titulo sua gesta propria tribuantur et facilius commendentur memorie.[5] Et primo dicendum est quid sit Roma et 8

1 leges et gesta *G*: gesta et leges *NO*

2 huiusmodi opusculo certior fides detur tantorum testimoniis comprobato, et *post* ut *add. N*

3 profutura *NO*: perfutura *G*

4 credantur *codd.*: condantur *Veg.*

5 commende[n*O*]tur memorie *GO*: memorie commendentur *N*

unde dicatur – deinde eiusdem urbis et civium excellentias; subsequenter quid elementa litterarum, signa urbis eiusdem, situs et colores eorundem significent; deinceps de ludis et carceribus Romanorum et ipsorum institutoribus[1] atque causis inventionis eorundem; rursus de modo constitutionis civitatum, murorum, turrium et portarum quarumlibet civitatum et eorum dispositione et presertim de nominibus constituentium urbem Romanam et nominibus portarum urbis eiusdem ac diversitate nominum earundem;

9 de montibus quoque et regionibus urbis ipsarumque regionum signis earumque[2] populatoribus ac numero huiusmodi regionum et magistratibus regionum earundem, qui tunc lictores, nunc[3] Romano diomate iustitiarii nuncupantur; inde etiam eiusdem urbis formas, veterem atque novam, et situm ac ubertatem naturamque civium Romanorum et dotes[4] Ytalie,[5] orbis terrarum[6] domine, describere moderamine temperato; deinde de causis quibus fuit Romanum imperium institutum, et dotibus imperialibus ac veneratione imperatori canonice instituto a populis impendenda; insuper de mutuis complexibus et connexu papalis et imperialis potestatis, providentia celesti dispositis[7] ad salutem et regimen omnium populorum – qui censentur duo luminaria magna mundi[h];

10 demum de potestate papali eiusque singulari monarchia, a qua omnis sacerdotalis autoritas, imperialis et re-

1 i[n*O*]stitutoribus *NO*: institutionibus *G*
2 earumque *G*: eorumque *G*^{ac}*NO*
3 urbis *post* lictores *add. O* nunc *om. O*
4 dotes *correxi*: dotibus *codd.*
5 Ytalie *G*: Ytalie (Ytalia*O*) et Urbis *NO*
6 orbis terrarum *G*: terrarum omnium *NO*
7 dispositis *NO*: dispositionis *G*

galis potestas dependent et reguntur,[1] sicut obliquus a recto, quantum parvitas eadem patitur, ut clara cuntis permaneant et eterna exemplo Catonis et Frontini, qui pro utilitate *rei publice* pulcrum et salutiferum *crediderunt* ac anime et corpori *profuturum, si disciplinam militarem conferrent in litteras. Nam que fiunt fortiter unius etatis sunt; que vero pro utilitate rei publice conscribuntur,* manent perpetuo et *sunt eterna,* secundum Vegecium .II. De re militari c. III (Veg., *Mil.* 2,3). Concordat Macrobius De sompnio Scipionis, prohemio libri primi (cf. Macr., *Comm.* 1,1,4–5; 7; cf. 1,4,1; 1,8,1).

11 Predicta singula presenti opusculo in scriptis redigere animum non gravabit, nam hiis rebus cognitis animus cuiuslibet exitantis de predictis singulis poterit clarius informari – humiliter supplicans, beatissime[2] pater sancte, ut dignemini gratiose[3] suscipere libellum huiusmodi parvulum de manu devotissimi et humilis scriptoris vestri, Johannis Caballini de Cerronibus, civis Romani.

LIBER PRIMUS

PR,1 Incipit prologus libri primi

VZ,4,23,7 Quia initium operis inchoati a Roma, *orbis terrarum domina,* secundum Livium .VIII. De bello Macedonico, titulo *De accusatione Publii Scipionis* c. II (Liv. 38,51,4), et Virgilium Eneidorum .I., ibi: *Romanos, rerum dominos*

1 dependent et reguntur *G*: dependet et regulatur *N*: dependent et regunt *O*

2 Clemens *post* beatissime *add. NO*

3 gratiose *G*: benigne *NO*

gentemque togatam.[1] *Sic placitum* diis.[2] *Veniet lustris labentibus etas* (Verg., *Aen.* 1,282–283), sumit exordium, *ex cuius sinu omnes triumphi manarunt,* secundum Valerium .II. c. II (Val. Max. 2,8,PR.), ideo ab ea, quid[3] sit, primo incipiam.

1,1 1. De descriptione urbis

VZ,4,23,7 Roma est[4] refugium omnium merentium argumentosum,[5] *ubi omnis repentina ex virtute nobilitas fuit, forti et strenuo viro locus futurus,*[6] secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XXI (Liv. 1,34,6), *nullum fastidiens genus* hominum *in quo eniteret virtus,* nec ianuam *clausit peregrine virtuti,* et ob hoc *crevit* ipsa et *Romanum imperium,* secundum Livium .IIII. Ab urbe condita c. II (Liv. 4,3,13);

2 cui civitati regali presidet potentia Deus omnipotens, Dei filius et homo verus, secundum Eutropium in fine suarum ystoriarum[a], *urbem*que Romanam *nutu suo auxit et defensavit ac in rerum apicem provexit, potissime cum venit* in hoc mundo *cuius voluit esse civis professione census Romani, regnumque tranquillissimum adventu suo Cesari dedit,* secundum Orosium libro VI in fine (Oros., *Hist.* 6,22, 8–9);

3 in qua est frequentia totius generis humani meritis apostolorum habentium in ea tronum, presertim Petrus princeps omnium et Paulus doctor gentium, rursus in hac urbe Iacobus Alphei, corpus et Bartholomei, *Phylippus os*

1 togatam *N (Verg.)*: rogatam *G*: cognatam *O*

2 diis *add. codd.*

3 quid *NO*: quis *G*

4 est *om. G*

5 argumentosum *codd. recte, ut videtur (cf.* Mittellateinisches Wörterbuch, *1967, col. 939 [1bb] et 940 [IA2b])*

6 locus futurus *scripsi*: locum futurum *codd. (cf. Liv.)*

lampadis[b], et Mathias nobilis; te Romam reliquiis sanctorum, te muneribus[1] multorum exaltavit Christus Dominus et pre ceteris mundi urbibus honoribus pretulit, potissime corporali presentia eorundem principum apostolorum, secundum Clementem papam IIII[c].

Et aperte notoriat epistula Dionisii ad Thimotheum dicens: *Thimothee frater, si vidisses consumationem ipsorum, defecisses pre tristitia et dolore. Quis non fleret illa hora, quando preceptum sententie* Neronice *est egressum ut Petrus crucifigeretur et Paulus decollaretur?* Sed *adveniente terribili tempore* dampnationis *ipsorum* in urbe Iudeorum et gentilium, [ac][2] iudices Neronis percutiebant eos et expuebant in facies eorum. Et *cum separarentur ab invicem, tunc Paulus* ait *Petro* [I]: *Pax tecum, fundamentum ecclesiarum, pastor ovium et agnorum Christi;* et *Petrus ad Paulum* [II]: *Vade in pace, predicator* evangelii, *bonorum mediator et dux salutis iustorum. Cum autem* lictores, crudelitatum ministri, separassent *eos* ab invicem, *secutus sum magistrum meum. Non enim in eodem* loco *occiderunt eos* (Ps.-Dion., *Epist. ad Tim.* p. 311). 4

Et rursus idem Dyonisius eadem epistula: *Frater* Thimothee, *attende miraculum* et *vide prodigium* [III], nam presens *fui tempore separationis* ipsorum, quando ad supplicium ducebantur; *post* quorum *mortem vidi eos invicem manu ad manum intrantes portas urbis* eiusdem, *indutos veste* luminis, *claritatis et lucis* (Ps.-Dion., *Epist. ad Tim.* p. 312)[d]. 5

Hii sunt, o Roma, apostoli *qui te ad hanc gloriam provexerunt, ut* sis *civitas sancta, sacerdotalis et regia* (Leo M., *Serm.* 69,1), qui sub uno persecutore compassi te *glorioso* 6

1 muneribus *GN*: mulieribus *O*
2 ac *delevi*

cruore martirii *Christo Domino consecrarunt* – XXII di. c. II (*Decr.* 1,22,2)[e] –, *teque melius* quam Romulus *condiderunt* (Leo M., *Serm.* 69,1), qui tibi nomen dedit augurio ac fratris cede fedavit, ut solus Romano imperio potiretur, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. VI § *intervenit* (Liv. 1,6,4). Concordat Tullius .III. Offitiorum § *at in eo rege qui urbem condidit non ita* (Cic., *Off.* 3,41) .i. non sic in Romulo qui sanguine Remi fratris parietes urbis domesticos cruentavit; accedit Canon .VII. q. I c. *In apibus* (*Decr.* 2,7,1,41).

7 Isti sunt principes qui ad te velut ad arcem Romani imperii destinantur. *Ut autem huiusmodi gratie per totum mundum diffunderetur effectus, Romanum imperium divina providentia preparavit* (Leo M., *Serm.* 69,2).

8 Ergo imperium est a Deo, ut hic, et patet XCVI di. c. *Cum ad verum* (*Decr.* 1,96,6), et c. *Duo sunt quippe* (*Decr.* 1,96,10), et c. *Si imperator* (*Decr.* 1,96,11); sibique *placuit* quod *per* Romanos (Aug., *Civ.* 18,22), orbis terrarum *dominos,* secundum Virgilium .I. Eneidorum (Verg., *Aen.* 1,282), *orbis debellaretur,*[1] ut *in unam societatem rei publice legemque*[2] *longe lateque* provincie *pacarentur*; que pacificatio valuit plurimum ad fidem Christi liberius predicandum et divinum cultum amplius dilatandum, secundum Augustinum libro De civitate Dei (Aug., *Civ.* 18,22).

9 *Operi enim congruebat maxime ut multa regna* sub Romano *confederarentur imperio,* secundum Leonem papam sermonibus principis apostolorum (Leo M., *Serm.* 69,2).

1 orbis debellaretur *NO*: debellaretur {orbis} *G*
2 legemque *codd.*: legumque *Aug.*

2. De Roma, urbe invicta, beata et eterna 2,1

Deinceps Roma est *urbs invicta, beata et eterna* (Liv. 5,7,10), et rerum omnium caput, secundum Livium .V. Ab urbe condita c. II § *Non enim sicut equites* (Liv. 5,7,8), et eadem decada libro IIII c. II, ibi: *Quis dubitat quin in eternum urbs* sit *condita* (Liv. 4,4,4), cuius cives fuerunt *omnium populorum victores* (Liv. 1,59,9), secundum Livium .I. Ab urbe condita c. ultimo § *concient*[1] (Liv. 1,59,3); VZ,4,23,8

propterea quod *principes omnium populorum Etrurie in conciliis* ipsorum lugebant[2] *eternas opes Romanas,* secundum Livium .II. Ab urbe condita c. XV § *principes* (Liv. 2,44,8), et libro I eiusdem decade c. XXVIII, ibi: *Hoc perpetuitatis auspicio accepto, secutum est aliud prodigium* .i. signum novitatem significans et[3] *magnitudinem imperii* Romani *portendens* .i. significans vel demonstrans: *caput humanum integra facie aperientibus fundamenta*[4] Capitolii *templi* Iovis in monte Tarpeio fertur *apparuisse. Que visa species aut per ammages eam archem imperii* Romani aut *caput rerum fore portendebat* .i. demonstrabat et significabat; *idque ita cecinere vates* .i. vasa sapientie, qui futura dicebant, *qui in* eadem *urbe erant* (Liv. 1,55,5–6). 2

Hec enim Roma scribitur esse alma, quia universos ad se confluentes uberibus sue fidei et exemplorum mirifice[5] alit et nutrit, sicut ad plenum liquebit inferius. De hac Roma altius[6] scribit Tullius ultimo Rethorice nove c. 3

1 concient *conieci ex Livio*: conviciunt codd.
ibi: *Romanos* (exavos *O*) *homines, victores omnium .s. populorum* (Liv. 1,59,9) *post* conviciunt *add. NO*

2 lugebant *codd.*: fremebant *Liv.*

3 significans {et} *G*: significans *NO*

4 fundamenta *correxi ex Livio*: fundamentis *codd.*

5 mirifice *scripsi*: mirificum *codd.*

6 altius *scripsi*: alcius *O*: alterius *GN*

De confirmatione dicens (*Rhet. Her. 4,66): Quid si* Roma, *urbs invicta* – supple: in bello respiciente universum tempus guerre – *vocem emittat:* Et *ego illa plurimis ornata tropheis, triumphis ditata certissimis, clarissimis locupletata*[1] *victoriis, nunc,* domini cardinales, iubar[2] seculi,[3] *vestris seditionibus vessor, quam suis dolis malitiosa Cartago, viribus probata Numantia,* et *disciplinis erudita Corintus labefactare* [me][4] minime *potuerunt.*

3,1 3. De Roma, sede regalis sacerdotii[5]

VZ,4,23,9 Roma, regalis sacerdotii sedes, ut in cor. Aut. *Ut ecclesia Romana centum annorum habeat prescriptionem,* in principio, ibi: *et legum originem anterior Roma sortita est, et summi pontificatus apicem* formaliter et realiter *apud eam esse nemo est qui dubitet.* Et ideo dignum *duximus patriam legum* et *fontem sacerdotii* spirituali[6] *lege numinis illustrare* (*Nov.* 9 [= *Auth.* 2,4]).

2 Concordat Canon XCVI di. *Constantinus* dicens: Ideo *non iustum* arbitror ut, *ubi sacerdotii principatum et Christiane religionis caput imperator celestis* .i. Christus *instituit, illic imperator terrenus habeat potestatem* (*Decr.* 1,96,14,7); *quin magis ipsa Petri sedes in Romano iam solio collocata* gaudeat plenaria potestate, ut *nulli* de cetero *subesset homini, que ore divino cuntis dinoscitur esse prelata.* Accedit Extra. de electione c. *Fundamenta* § *ne ipsa autem mater ecclesia,* libro VI (immo *Sext.* 1,6,17), et Livius .I. Ab urbe

1 locupletata *N*: locupleta{ta} *G*: locupleta *O*
2 .i. splendor *post* iubar *add. NO*
3 domini cardinales iubar seculi *codd.*: o cives *Rhet. Her.*
4 me *delevi*
5 .i. pape *post* sacerdotii *add. G*
6 spirituali *codd.*: speciali *Nov.*

condita c. VIIII, ibi: *Romulus* orans dixit [IV]: *Iuppiter*, omnium deorum pater, *hic* .i. in hac urbe *tuis iussus avibus* a te missis *prima urbi fundamenta* tibi *ieci* (Liv. 1,12,4); et c. XIIII § *pontificem* (Liv. 1,20,5);

3 et ibi rursus habetur etiam argumentum quod papa sit eligendus ex patribus .i. dominis cardinalibus [V]. *Extra* quam per *noctem unam permanere nephas est* summo pontifici,[1] *et flamen* .i. summus sacerdos[2] *peregre habitando* quantum *sibi piaculi* .i. culpe *reique publice* [mortem][3] *contrahet* (Liv. 5,52,13–14)! Et si *virtus* sua *transire alio possit*, forma[4] tamen *loci huius* alibi *transferri non potest*, secundum Livium .V. Ab urbe condita c. ultimo (Liv. 5,54,6).

4 Concordat Valerius libro I c. III § *ominum* .i. divinorum signorum *observatio*, ibi: *Centurio in comitio* [VI] *exclamavit* dicens: *Signifer, statue* .i. firma *signum* Romani imperii *hic* .i. in hac urbe (Val. Max. 1,5,1), et quare? Quia *hic Veste* virgines, hic *ignes, hic* celestia arma, que *ancilia* nominantur *cela demissa, hic omnes*[5] *propiti dii* nobis[a]. Qua[6] *voce audita senatus* (Val. Max. 1,5,1) Romanorum, omnium populorum salus, qui Christum sub tipo significat, iuxta illud quod decantat ecclesia: *Salus* populi *ego sum*, dicit Dominus (Vulg., *Ps.* 34,3) – dicentem Petro de carcere Neronis fugienti: Vado *Romam iterum crucifigi*[b];

5 qui tamquam verus Christi signifer et athleta, mutato

1 summo pontifici *codd.*: flamini Diali *Liv.*
2 summus sacerdos *scripsi*: summum sacerdotem *codd.*
3 mortem *delevi*
4 forma *codd.*: fortuna *Liv.*
5 omnes *O (Liv.)*: omnis *GN*
6 dii nobis. Qua] {di nobis. Qua} *G*: dii nobis *optime manebimus* (Val. Max. 1,5,1; cf. Liv. 5,55,1–2). Qua *NO*

fugiendi proposito spretoque pavore mortis, confestim Romam rediit ad docendum et insinuandum quod principatus summi sacerdotii et ecclesie fundamentum perpetuo esset habiturus Rome, ut legitur dicta XCVI di. *Constantinus* (*Decr.* 1,96,14), imperante Christo, celi et terre domino, iuxta illud Mathei c. ultimo, ibi: *Data est mihi omnis potestas in celo et in terra* (Vulg., *Mt.* 28,18).

6 *Se omen* .i. divinum signum *accipere senatus respondit et* statim *Veihos transeundi consilium omisit.*[1] Nam *diis extimantibus credo indignum* fore formam, sedem et *nomen Romani pontificis*[2] *appellatione* cuiuscumque civitatis vel provincie secundum omnium doctorum opinionem posse *mutari.* Et huiusmodi omen .i. divinum signum *creditur divina* constitisse et *constare providentia, non fortuita* neque casuali, sed stabili atque firma, semper ut[3] in suo statu Roma perpetuo remaneret pontificatus sui, ut prefertur. Tunc *centurio accipere se omen*[4] *respondit* (Val. Max. 1,5,1) et *egressus* de *curia conclamavit et plebs circumfusa approbavit*[c].

7 «Fateor etenim ex superne virtutis dono solam urbem spiritualiter et temporaliter in terris precipua dignitate fulgere, cum enim ibi, ut prefertur, sit sedes sanctissimi apostolatus et excelsi solium imperii collocata. Igitur non est mirum si illam regum et principum magnificentia reveretur, que tam sublimibus dotari muneribus, talibus insignari titulis promeruit [decorari].[5]»[6]

8 Nam more, id est consuetudine, antiquorum Romanorum ille maxime diligebatur a Deo, cui omina .i. signa divina

1 omisit *NO (Val. Max.)*: obmisit *G*
2 pontificis *NO*: pontifi{cis} *G*
3 firma semper ut *G*: firma perpetuo ut *N*: perpetuo ut *O*
4 .i. divinum signum *add. NO*
5 decorari *delevi*
6 *add. N*

occurrebant, sicut patet in Petro, cui *Christus*, ut prefertur, *occurrit* dicens: Vado *Romam iterum crucifigi*[d]. Patet etiam et in *rege Deiotaro*[1] *gerenti omnia* auspitio .i. signo, cui *aspectus aquile fuit* demonstratio future salutis sue, secundum Valerium c. proximo, in principio (Val. Max. 1,4, ext.2).

A quibus *antiquis nihil gerebatur nisi auspitio prius sumpto,* secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XXII § *auguriis* (Liv. 1,36,6), et Valerium .II. *De institutis antiquis,* in principio (Val. Max. 2,1,1), ut aperte cuntis ignotesceret quale eveniret eis sub auspitio signum, ne Roma, orbis terrarum domina atque caput, sanctorum sanguine purpurata, martiriis permaneret viduata et orbata sponso suo, ampliori spatio quam prefertur. 9

Hunc flaminem .i. sacerdotem summum dispositione celesti sub Christi typo instituit Numa Popilius, secundus a Romulo rex Romanorum, eo tempore quo Manasses in Iudea regnabat[e], eique[2] *omnia publica et privata* decretis[3] eiusdem flaminis *subiecit* (Liv. 1,20,6), «secundum Livium .II. Ab urbe condita c. I § *libertatis autem originem* (Liv. 2,1,7), ibi: *regem sacrificiorum creant* et *id sacerdotium pontifici subiecere* (Liv. 2,2,1–2),»[4] *ut esset* ad quem *consultum plebs* universa *veniret, ne quid divini iuris negligendo patrios et peregrinos ritus turbaretur; nec celestes modo cerimonias* .i. sacrifitia eidem sacerdoti subiecit, *sed iuxta quoque funebria placandosque manes* .i. bonos deos *ut idem pontifex edoceret* (Liv. 1,20,6–7). Hic enim pontifex papam Romanum sub typo significat, cui providentia quadam prophetica monitus 10

1 Deiotaro *correxi ex Val. Max*: Dolotaro *G*: Delocaro *NO*
2 se ipsum et *add. NO*
3 decretis *codd.*: scitis *Liv.*
4 *add. NO*

Numa Popilius divina omnia pariter et humana tamquam uni[1] capiti ecclesie sancte Dei[2] subiecit, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XIIII § *pontificem* (Liv. 1,20,5).

11 Ratio satis patet quia ecclesiastica ierarchia explantata est a celesti. Sicut enim in celesti ierarchia seraphin et cherubin ac ceteri quique usque ad archangelos et angelos ordinantur sub uno capite, Deo, sic in ecclesiastica sub uno summo pontifice primates, archiepiscopi, episcopi, presbyteri, abbates et reliqui, secundum Bernardum .III. De consideratione ad Eugenium **[VII]** c. VIIII; et ibidem Bernardus: *Non est parvipendendum qui Deum habet actorem et de celo duxit originem* (Bernardus, *Cons.* 3,18).

12 Sicut ergo in celesti ierarchia nullus potest effugere iudicium Dei, sic nec in ecclesiastica[3] potest quicumque effugere *iudicium* summi pontificis, nec patriarcha nec archiepiscopus aut *quicumque*, quacumque fulgeat dignitate – Galath. c. V (Vulg., *Gal.* 5,10). Nonne si causa extiterit, episcopo celum claudit, ipsum ab episcopatu deponit et Sathane tradit? Stat enim inconcusse privilegium suum, quia ei *claves regni celorum* tradite sunt, iuxta illud Mathei c. XVI (Vulg., *Mt.* 16,19);

13 ipse est cui soli dictum est: *Pasce oves meas* – Io. ultimo (Vulg., *Io.* 21,17); concordat Magister istoriarum scolasticarum c. *De apellatione ad summum sacerdotem,* ibi: *Si contigerit iudices de sententia aliqua* dubitare,[4] accedant *summum pontificem, et quid iudicaret, fieret; quod si quis*

1 uni *correxi* (*Caballinum formam rectam cognovisse ex Polist. 10,8,17; 21 mihi persuasi*): uno *codd.*

2 Ephesiorum .I. (cf. Vulg., *Eph.* 1,22) *post* Dei *add. NO*

3 ecclesiastica *G*: ecclesia militanti *N* Dei ... iudicium *om. O*

4 dubitare *codd.*: ambigere *Petrus Com.*

sententie eius non obediret, interficeretur (Petr. Com., *Hist.* col.1253).

Patet igitur ex predictis quod summo pontifici sunt subiecta spiritualia et temporalia omnia, de quo etiam legitur in Canone dicte LXXXXVI di. *Constantinus* (*Decr.* 1,96,14), cum sua liga, et infra c. ultimo huius operis patebit apertius et clarioribus rationibus ostendetur. 14

4. De miraculo cathedre beati Petri 4,1

Huius beati apostoli sedes iuxta maius altare basilice principis apostolorum urbis eiusdem ab olim in archa quadam lignea servabatur; quam archam candela cerea incaute dimissa ibidem redegit in cineres, dicta cathedra apostolica sede remanente illesa; quamvis in medio ignis existeret, nulla tamen vestigia ignis apparuerunt in ea. VZ,4,23,10

Hoc miraculum fuit tempore Alexandri pape natione Campani, et ita cavetur[1] libro Mallonis scripto per Petrum Mallii, canonicum dicte basilice[a], in qua sede princeps apostolorum Petrus Rome resedit temporibus, quibus vitam habuit in humanis. 2

5. Quot modis dicatur cathedra 5,1

Et est sciendum quod cathedra dicitur tripliciter. Prima fuit regalis – Regum .II. c. XXIII, ibi: *David sedens in cathedra* (Vulg., II *Sm.* 23,8); secunda sacerdotalis – Regum .I. c. I, ibi: *Heli sacerdote sedente super sella* (Vulg., I *Sm.* 1,9) que stercoraria[a] dicitur, iuxta illud propheticum: *Suscitans de terra inopem et de stercore erigens pauperem* (Vulg., *Ps.* 112,7); tertia est magisterialis – Mathei c. XXIII, ibi: *super cathedram Moysi* (Vulg., *Mt.* 23,2), et cetera. VZ,4,23,11

1 cavetur *GO*: habetur *N*

2 In regali sedit Petrus non solum apostolorum princeps, sed etiam omnium regum; sedit etiam in sacerdotali, quia fuit pastor ovium atque princeps – Iohannis c. ultimo (cf. Vulg., *Io.* 21,15–17); sedit rursus in magisteriali, quia fuit magister omnium Christianorum[b].

6,1 6. De Roma, origine legum universalium

VZ,4,23,11 Roma est origo legum, in quibus salus civitatum consistit, secundum Philosophum .I. Rethoricorum (Arist., *Rhet.* 1360a19–20), et fons omnis iuris publici et privati, ut probatur in cor. Aut. *Ut ecclesia Romana centum annorum habeat prescriptionem,* in principio, ibi: *et legum originem* ideo *anterior Roma sortita est* (*Nov.* 9 [= *Auth.* 2,4]), ut per eas ad amorem suum universos populos inflammaret, argumento Jeremie c. V, ibi: ideo dedit *legem,* quia *dilexit populos*[a] *(immo* Vulg., *Dt.* 33,2–3*),* quos per prestationem census ad quietem et pacem militando perduxit – Luce c. II, ibi: *Exiit edictum a Cesare Agusto*[1] (Vulg., *Lc.* 2,1).

2 Concordat Livius .III. Ab urbe condita c. XI, titulo *De institucione X tabularum* § *cum ad rumores hominum de unoquoque legum capite editos*[2] *satis corrette viderentur* (Liv. 3,34,6); et eadem decada libro .I. c. XIII et c. XIIII, ibi: mortuo Romulo primo rege Romanorum *manibus patrum* .i. senatorum, ut *tacite arguitur,* secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XI § *fuisse credo* (Liv. 1,16,4), et Valerium .V. c. *De ingratis,* in principio (cf. Val. Max. 5,3,1).

3 Tunc, cum senatores predicti *audivissent* in *Sabinis Curibus*[3] *virum consultissimum habitare, divini et humani iuris auttorem, Numam Popilium,* natura, ingenio, moribus et vir-

1 Agusto *GN*: Augusto *O*

2 editos *correxi ex Liv.*: edito *codd.*

3 Curibus *correxi ex Liv.*: Curiis *codd.*

tutibus animi temperatum, *ad unum omnes* senatores et cives Romani ipsi *Nume regnum* Romanum *decernunt,* cui *illa etate* nemo *poterat* esse similis doctrine et virtutibus eius, *nec quemquam patrum* ac *civium preferre illi viro ausi. Qui regnum* Romanorum *adeptus de se deos consuli iussit; deinde,* postquam deos consulerat per augurem .i. sacerdotem, qui sub typo papam significat, *quique reges* approbat, *iniungit et coronat* – Extra. de electione c. *Venerabilem* (*Decretal. Gregor. IX* 1,6,34) –, sibi *honoris* gratia *id publicum perpetuumque* regnum decretum a senatoribus et a populo; deinceps *deductus in archem consedit* sellam *ad merediem versus,* stercorariam nuncupatam, iuxta illud propheticum: *Suscitans de terra inopem et de stercore erigens pauperem* (Vulg., *Ps.* 112,7).

4 *Inde* rursus idem *augur ad levam eius capite velato sedem* aliam *lapidis* porfiretici rubei apud Lateranos hodie permanentem[1] [b] *cepit,* et *dextra manu baculum* pastoralem *sine nodo* curvum[2] *tenens, prospectu capto in urbem, precatus* est ut sequitur ita *deos. Regiones ab oriente ad occasum determinavit, dextras ad partem meridiem, levas ad septentrionem esse dixit. Contra quod signum longissime conspectum oculi ferebant animo finivit. Tum lituo,* baculo quo lites tolluntur, *in levam manum translato, dextra* eius *posita in capite Nume, precatus est ita: Iuppiter* .i. deus omnium deorum *pater, si* licitum *est, hunc Numam Popilium, cuius ego teneo caput, regem Rome esse* permitte; *tu nobis* eum *signa* .i. approba oraculo *certo* et claro in regem Romanum *inter eos fines quos feci. Tunc, peractis auspitiis, verbis* approbatus .i. *declaratus* est *rex Numa.* Ex tunc *de templo* .i. arche *descendens, regno potitus, urbem novam vi et armis* a Romulo *con-*

1 permanentem *scripsi*: permanentes *codd.*
2 curvum *GN* (civium *O*): aduncum *Liv.*

ditam legibus ac moribus[1] *de integro condere parat* (Liv. 1,18,1–19,1);

5 unde Philosophus .IIII. Politicorum dicit quod non est minus difficile collapsam civitatem ad bonum reducere, quam de novo bonas facere civitates, que numquam fuerunt, sicut non est minus oblita adiscere quam numquam scita (Arist., *Pol.* 1289a3–5). *Quibus* peractis, *cum videret* Numa *ferocem populum* Romanum *efferatis animis* assiduitate bellorum *non posse* ad pacem et quietem reducere, ut bella cessarent et strepitus, ac rem publicam gloriosius gubernaret [VIII], iussit constitui[2] quoddam templum, quod *Ianum* appellavit, *indicem pacis et belli, ut apertum significaret in* bello et *armis esse civitatem, clausum pacatos* .i. pacificos Romanis *circa omnes populos* finitimos edoceret; eoque modo *iunxit animos omnium finitimorum* populorum *sotietate et federe* cum Romanis.

6 Deinceps *multitudinem* Romanorum *imperitam* legibus et moribus (Liv. 1,19,1–4), in quibus est salus civitatis, secundum Philosophum .I. Rethoricorum (Arist., *Rhet.* 1360a19–20), et *illis seculis rudem* in affectu et effectu cordis et operis ad religionem et cultum divinum *deorum,* omnium virtutum fundamentum, [animum suum][3] convertit. Quorum deorum nutibus oraculisque perceptis, *sacra instituit*; cumque urbem et agros Iovis munere possideret, partem quandam civitatis eiusdem templis sacellisque deorum, ubi colerentur, dicavit in excellentiori parte civitatis et loco optimo et reverendo (Liv. 1,19,4–5), ita quod per excellentiam templorum pateret excellentia Iovis et aliorum deorum, qui colebantur ibi-

1 rectis *post* moribus *add. NO*
2 constitui *G*: construi *NO*
3 animum suum *delevi*

dem, secundum Philosophum .VII. Politicorum (Arist., *Pol.* 1331a24–30).

Deinceps *civitatem totam in cultum conversam deorum violari nephas duxit* (Liv. 1,21,2), quia ipse divinus cultus quasi dignior debet omnia fidelium opera anteire. Et propterea cuique deorum veteranos et exercitatos viros virtutibus et virginitate pollentes – *que sola* digna[1] *est cum fiducia deo animas presentare,* ut in cor. Aut. *De lenonibus* § *sancimus* (*Nov.* 14, PR,1 [= *Auth.* 3,1]); de qua Cyprianus loquens sic ait **[IX]**: *Virginitas* est *soror angelorum,* victoria libidinum, regina virtutum, *et possessio omnium bonorum*[c] (*immo* Sedul. Scott., *Collect.* 13,7,2) –, in quibus[2] iam etas que inducit ad vitia est sedata, *sacerdotes* deorum cum recta intentione et deliberatione animi provida *prefecit* (Liv. 1,19,5), 7

«– concordat Tullius De legibus c. IIII quod incipit : *Conclusa* (Cic., *Leg.* 2,23) § *caste,* ibi: *lex caste iubet adire deos, animo videlicet, in quo sunt omnia, nec tollit castimoniam corporis, sed hec* [corpori][3] licet *intelligi, cum multum animus corpore prestet, observetque ut casta corpora adhibeantur* (Cic., *Leg.* 2,24) –»[4] 8

ipsorumque deorum templa cum reverentia et devotione maxima frequentabat,[5] presertim *ea que ad Dyalem flaminem pertinebant*; et sic nota **[X]** quod quanto sollicitius[6] sacerdotes procurantur ydonei, tanto attentior[7] haberi ostenditur cura circa cultum deorum; et *ut assidue* sacrifitiis deorum *essent antistites* religioni insistentes, qui nec 9

1 digna *codd.*: possibilis *Nov.*
2 .s. veteranis *post* quibus *add. N*
3 corpori *delevi*
4 *add. N*
5 assidue *post* frequentabat *add. NO*
6 sollicitius *scripsi*: sollicius *codd.*
7 et devotior *post* attentior *add. NO*

sermonum iactantia nec divitiis neque generis nobilitate se extollebant, sed in humilitate et paupertate spiritus, quamdiu viverent, studebant potius permanere, non arbitratus est *alienum stipendium de publico* (Liv. 1,20,1–3) huiusmodi sacerdotibus exiberi, secundum Philosophum .VII. Politicorum, ubi cavetur expresse quod ea que fiunt in sacrifitiis et aliis spectantibus ad cultum divinum debent fieri de communi (Arist., *Pol.* 1329a28–34), ut sacerdotes huiusmodi pro ipso rege et populi Romani salute deos assidue precarentur, ut propitiarentur eis.

10 *Deinde* statuit *pontificem,* cui sub typo .i. figura *publica et privata* ac *sacra omnia* decretis ipsius pontificis, ut dictum est supra, *subiecit,* qui dirigeret populum, ne in aliquo[1] divinus cultus et religio deorum huiusmodi perverteretur. Et *aram Iovi* maiori deorum potentia excellenti *in Aventino* monte[2] *dicavit,* ut coleretur ibidem, segregatus a locis communibus, ubi fiunt altercationes et conventicula hominum bellicosorum, ibique *deum consuluit auguriis que* sacra *suscipienda essent.* Hac *assidua deorum* cultura et ipsius pontificis decretis ad pietatem et culturam deorum *omnium* Romanorum *pectora imbuit* servare *fidem,* religionem et *iusiurandum* Iovis (Liv. 1,20,5–21,2). Per huiusmodi religionem non solum se ipsum sed ceteros Romanos induxit ad cultum[3] deorum et virtutem moralem, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XIII, quod incipit: *Inclita iustitia* (Liv. 1,18,1), per totum;

11 per quam homo quilibet in se ipso ligat se Deo; unde Augustinus libro De vera religione dicit: *Religet nos religio uni omnipotenti Deo* (Aug., *Relig.* 310); que secun-

1 lasciviret [et *N*] *post* aliquo *add. NO*
2 ubi est hodie ecclesia Sancte Sabine *add. NO*
3 cultum *G*: culturam *NO*

dum Tullium .II. Rethoricorum est quedam tuitio humane *nature, quam divinum* cultum *vocant* (Cic., *Inv.* 2,161). Hec autem religio fuit una ex causis legis condende, que docet res bene agere et deum colere ipsaque vitia prohibet et cohercet *metu penarum* (Liv. 1,21,1), iuxta illud quod scribitur: *Oderunt peccare mali formidine pene; oderunt peccare boni virtutis amore*[d] et premiorum exortatione.

12 Utinam sanctissimi pontifices, prelati et sacerdotes, imperatores ac reges[1] eligerentur hodie virtutum meritis, ut Numa Popilius! Hii vero mores[2] et leges faciunt homines virtuosos et a lasciviis retrahunt, secundum Philosophum .IIII. Politicorum (cf. Arist., *Pol.* 1332a12–13), nam per leges *penarum metu* humana cohercetur audatia et quelibet nocendi facultas, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XIIII § *ad hec consultanda* (Liv. 1,21,1), et Digestorum *De lege et constitutione* l. *legis virtus* (*Dig.* 1,3,7); *sine quibus* nulli in dubium vertitur quin tota *res publica* deperiret, secundum Orosium .VII. c. ultimo (Oros., *Hist.* 7,43,6).

13 Nam lex que principatum virtutis ostendit, fuit ordinata ad virtuose vivendum a bonis; *est mens et* delectatio *animi et consilium ac sententia civitatis* in communi vita vivere, secundum Ysidorum .II. c. *De divisionibus* (Isid., *Orig.* 2,29,13), nisi aliquid occurrat inpediens, veluti cum aliquis non delectatur in communi cum aliis naturaliter vivere, et tunc convenit quod sit bestialis, quia non cognoscit bonum civitatis et non potest se constringere sub legibus communibus, ut virtuose vivat. Et talis est amator tyrannidum et rapinarum, sicut nonnulli offitialium offi-

1 et rectores ceteri *post* reges *add.* *NO*
2 [et *O*] virtutes *post* mores *add.* *NO*

tii papalis scriptorie, qui ad instar animalium rapatium non delectantur in communi congregatione vivere virtuose secundum leges[1] cum ceteris sotiis eorundem officiorum, secundum Philosophum .I. Politicorum (cf. Arist., *Pol.* 1253a15–18).

14 Et talium sotiorum offitium est malum, quia patenter diripiunt aliorum sotiorum partem tempore offitii sui. Sic aperte notoriat, pater sanctissime; hee enim debent *esse honeste, iuste,*[2] *possibiles, secundum naturam* et *consuetudinem patrie, loco* ac *tempori convenientes* (Isid., *Orig.* 5,2,1), et que consonent legi naturali et divine; aliter non congruerent religioni, nec convenirent discipline, secundum Ysidorum di. I.

15 Rursus debent esse necessarie, utiles et manifeste, ne aliquid contineant obscuritatis, nullo privato comodo sed pro communi civium utilitate reperte, secundum Ysidorum .V. c. *Cur facta est lex* (Isid., *Orig.* 5,20). Concordat Seneca .I. Epistularum moralium epistula II, ibi: *Postquam* crescentibus[3] *vitiis in tirannidem sunt regna conversa, opus cepit esse legibus* (Sen., *Epist.* 90,6); et propter libertatem servandam in populis et reprimendam tyrannidem insolentium fuit primo constitutus a bonis principatus regalis[4] in auxilium populorum; cuius regis offitium est ut servet iustitiam, ne parvi et humiles a maioribus opprimantur.

16 Unde recurrere ad regem,[5] quem populi credebant

1 humanas et approbatos mores *post* leges *add.* *NO*

2 Hee ... iuste *G*: Hii enim mores, virtutes et leges [, si recti sunt, *O*] debent esse honesti, iusti et *NO*

3 crescentibus *codd.*: subrepentibus *Sen.*

4 aliter pontificalis *post* regalis *add.* *NO*

5 seu pontificem *post* regem *add.* *NO*

deum celestem, qui apparuisset eis in specie hominum, quem ponebant Iovem deorum omnium[1] regem, secundum Philosophum .I. Ethicorum (cf. Arist., *Eth. Nic.* 1160b24–27), est habere recursum ad iustum animatum, secundum Philosophum .V. Politicorum[e]. Accedit Tullius Offitiorum .I. c. *Quinque igitur rationibus* (Cic., *Off.* 2,9) § *cum igitur tanta sit vis iustitie* (Cic., *Off.* 2,40), et libro Rethorice veteris eiusdem Tullii c. *De argumentatione* (*Rhet. Her.* 2,19–20).

17 *Quam non* solum *philosophi quesierunt, sed* etiam *poete qui fuerunt ante phylosophye nomen. Hii* plene *intellexerunt* nunc *abesse a rebus humanis* ipsamque *vitiis hominum offensam* in *terra* rursus *et in celum,* unde descendit, *migrasse* fertur, secundum Lactantium .IIII. c. V. et VI (Lact., *Inst.* 5,5,1–2).

18 Intelligendum est preterea sane quod Roma est origo legum universalium, per quas omnes populi [qui legibus][2] reguntur, ad differentiam aliarum legum particularium que precesserunt leges Romanorum, ut notatur in prohemio Institutionum § *Omnes vero populi* qui *reguntur* hodie *legibus* Romanorum (*Inst. Iust., De Inst. promulg.* 1).

19 Item nota iniustitiam facere peius est quam pati, quia qui facit iniustitiam dicitur iniustus et malus, licet qui tollerat iniusta potius est bonus quam malus, si patienter ferat; sed dura est talis patientia iudicio meo. Iudicium enim iniquum est, cum insontes condempnantur et noxii liberantur – Danielis c. XIII (cf. Vulg., *Dn.* 13,53), et hoc ideo contingit, quia veritas et iustitia ac *phylosophya exilium* hodie *patiuntur et phylopecunia regnat,* secundum Ovidium .I. De vetula (Ps.-Ov., *De vetula* 1,735–736).

1 omnium *om. G*
2 qui legibus *delevi*

20 «Nec mirum, quia multa divino *examini reservantur,* que in hoc seculo remanent inpunita – .VI. q. I: *Si omnia* (*Decr.* 2,6,1,7), et presertim facta papalia in preallegato – c. *Aliorum* (*Decr.* 2,9, 3,14), ubi etiam notatur quod, si papa deliquerit, amplius apud Deum quam alius punietur, et cetera.[1]

7,1 7. De causis quare nemo de plebe de rebus communibus se hodie intromittit[2]»[3]
VZ,4,23,12

Quapropter **[XI]**, beatissime pater sancte, quia ita est, mirari nemo debet *cur de comodis* et salute communibus nullus curialium se hodie intromittit,[4] nec ob id *inpendit laborem,* videlicet ut pro libertate communi subiciat se *periculo* (Liv. 4,35,7), sicut fecerunt ab olim alii curiales antiqui.

2 Quibus respondent Livius .IIII. Ab urbe condita c. XVIII § *Post ludos* (Liv. 4,35,5), et Tullius .V. Rethorice nove, in principio (cf. *Rhet.Her.* 4,48), sic dicentes quod querentes huiusmodi *mirari* de cetero *desinant,* et rationem assignant quia ex hoc ei *emolumentum* nullum insurgit neque *honor* exinde *speratur,* et ideo *aggredi* communia nemo querit, etiam si ei *magna premia preponantur.* Ad quid enim *aliquis* hominum eorundem pro salute communi *ruat in certamine cecus periculo ingenti* et *fructu nullo*?

3 *Ex quibus pro certo habet* maiores offitialium vestrorum abstinentia[5] alieni vacuos, quibus inest magna dulcedo habere fasces huiusmodi offitiorum ac ipsorum offitiorum funeream pompam, argumento Livii .II. Ab urbe condita c. XVIII § I, sibi prorsus adversos, quos *inexpia-*

1 Nec ... cetera *om. O*
2 {De ... intromittit (nemo] nullus *G*)} *G*
3 *add. NO*
4 {se} hodie intromittit [*i.r.*] *G*: hodie curat *NO*
5 abstinentia *NO*: abstinentiam *G*

bili odio *se persecuturos* concernit, *apud* ceteros alios concuriales suos, viros effeminatos, *pro quibus dimicaverit, nihil se honoratiorem fore neque sperandum esse neque postulandum* aliquid incrementi, nisi ut magnis oneribus se subiciat, neque ab alio aliquo concernit seu sperat nisi contemptum,[1] et ideo *desisse; experiendam rem* aliam *in uno aut altero esse sitne aliquis* curialium seu scriptorum aut litigantium huiusmodi quantumcumque fidelis, *fortis* aut *strenuus* et per alios quam per ipsos maiores nominatus vel electus ad aliquid offitium in palatio vestro aut cancellaria vel rescribendaria aut correctoria seu alibi; nonne *summa vi* et tyrannice per maiores huiusmodi *expugnatum, sugillatum,*[2] *repulsum,* et *derisui* habitum *esse,* qui *ad contumeliam* se conspicit[3] *prebitum, quasi per indignitatem* ab huiusmodi maioribus auditoribus, rescribendariis et distributoribus offitiorum predictorum decreto[4] maiorum, quin ymo tyrannorum potius, ad honores et commoda offitiorum eorundem censetur extraneus et ut peregrinus penitus *preteritur* (Liv. 4,35,7–11)?

4 Quamobrem singuli oppressorum mentali exardescentes triscitia dicunt in intimis quod prisco tempore, quo in eisdem offitiis non ut nunc offitia supra dicta de iure et approbato more in unum consentiebant, singulis Romanam curiam sequentibus, suum cuique consilium in proprio sermone patebat, et tunc omnia sine labore et fraude inter omnes curiales communiter ministrabantur et ponebantur in pondere et libra fideli.

5 Sed postquam Romana curia ultra montes transfretavit, maiores predicti tyrannice ferarum ritu bachantes,[5] avara

1 contemptum *N (cf. Liv.)*: correptum *G*: conceptum *O*
2 sugillatum [*i.r.*] *G*: sigillatum *NO*
3 conspicit *scripsi*: conspiciens *codd.*
4 decreto *O*: de certo *N*: *om. G*
5 tyrannice ... bachantes *G*: quibus instanti tempore fortuna variabilis favet *NO*

cecitate seducti, «fidem fallere satagentes nequeunt communiter cum ceteris equaliter vivere, sed»[1] patenter eripiunt ipsorum sotiorum et curialium partem, et est ratio[2] quia non inveniunt obiectores, secundum Valerium .II. *De institutis antiquis Massiliensium* § *avara* (Val. Max. 2,6,11), et Livium[3] .V. Ab urbe condita c. ultimo § *adeo mihi contentiones*[4] *acerbe sunt* (Liv. 5,51,1), ibi: Galli *ceci avaritia in pondere* iniquo *auri fedus ac fidem fefellerunt* (Liv. 5,51,10);[5] que[6] contra naturam querit omnia possidere ex innata ferocia maiorum huiusmodi.

6 Manent hodie offitia eadem non solum depressa, sed posita in predam et stateram dolosam, que de sui natura librat communiter et ponit omnia in mensura, unicuique tribuens ius suum attritum et demolitum, ut prefertur, sub ergastulo miserabilis servitutis, antique libertati noverce.

7 «Et *propterea* contra tales *dicit Dominus: Ecce ego dabo in populum istum ruinas* – supple: Anglicanas, *et ruent in eos patres et filii simul, vicinus et proximus, et peribunt* – Jeremie c. VI[7] (Vulg., *Ier.* 6,21).»[8]

8 Ideoque conspici debet non tantum utile,[9] sed necessarium esse sanctitati predicte dirigi hos sermones et ab ea

1 *add. NO*

2 et est ratio *om. G*

3 secundum Valerium ... Livium *G*: de quorum avaritia et fide mentita describunt plene Valerius ... Livius *NO*

4 {contentiones} *G*

5 quorum est proprium fallere et mentiri *post* fefellerunt *add. NO*

6 que [sc. curia] *O*: qui *GN*

7 supple ... VI *om. O*

8 *add. NO*

9 utile *scripsi*: utiliter *codd.*

postulari humiliter, ut ipsorum pravis conatibus recto iudicio resistatur.

«Nec est talibus miserendum, quia plerumque *misericordia et mansuetudo in miseriam convertitur* plurimorum, secundum Salustium c. *De oratione Marci Portii Catonis,* in fine (Sall., *Catil.* 52,27).»[1] 9

Rectum autem iudicium est innocentes absolvere et noxios condempnare – Exodi c. XXII (cf. Vulg., *Ex.* 21–22), ne parvi et humiles predictorum a vestris maioribus tyrannice presidentibus opprimantur in aliquo, non erubescentes [dicere][2] munificentiam[3] vestram undique generosam verbis asserere inhonestis et proferre mendaciter, ut crassentur diutius in offitiis, sanctitatem eandem non existere benignam[4] et liberalem, sicut contrarium iugiter percipitur et habetur pro certo *iudices et magistratus* tales *constituere in omnibus* portis[5] vestris, *ut iudicent* omnes *iusto* et equo *iudicio, nec in alteram partem declinent* (Vulg., *Dt.* 16,18), ita *ut* ingressum et *egressum* laboris et premii *ab equalitate percipiant* (Avicenna, *Canon* 1,1,3,1), prout scribitur Deuteronomii c. XVI, et Avicenne I Canone sen. I c. *De complexionibus,* ad instar scriptorum offitii penitentiarie, qui inter se servant in omnibus equalitatem spectantem ad offitium eorundem. 10

Nam si predictorum *corruptela* per sanctitatem eandem repressa non fuerit, vel *punita* potius, taciturnitate[6] *approbata, nulli parietes, nulle leges nulla*que *iura* communem *salutem custodient, ubi impune evolet,* et tunc nichil restaret 11

1 *add. N*
2 dicere *delevi*
3 munificentiam] magnificentiam G^{ac}
4 benignam *NO*: dementem [*i. r.*] *G*
5 portis [*i. r.*] *G*
6 taciturnitate *codd.*: auctoritate *Cic.*

aliud quam *in dominatu servitus* et *in servitute dominatus,* secundum Tullium[1] (Cic., *Deiot.* 30).[2]

8,1 8. De Roma, origine armorum

VZ,4,23,13 Deinceps Roma fuit origo armorum publicorum prima et ab ea eiusque consulibus fuerunt primitus publice adinventa ad puniendum insolentes et repellendum audatiam et impetum adversorum[3] ac ferocitatem tyrannorum, secundum Valerium .II. c. *De institutis antiquis* § *armorum tractandorum meditatio a Publio Rucilio et* Cornelio[4] *Malii consulibus* Romanis *militibus est tradita. Is* Cornelius *nullius imperatoris ante secutus exemplum ex ludo Aurelii Scauri arcessitis doctoribus* gladiorum[5] *vitandi atque inferendi ictus subtiliorem rationem legibus ingeneravit et virtutem arti et* deinde *artem virtuti* .i. rationi *miscuit* (Val. Max. 2,3,2), que cum *exercitio* solet patrare *victoriam,* secundum M. Vegetium .I. De re militari, in fine prohemii (Veg., *Mil.* 1,1), *ut* virtus *impetu* et experientia .i. exercitium artis bellice milites *facerent cautiores* (Val. Max. 2,3,2);

2 rursus idem Vegetius .I. c. IIII in fine, ibi: *neque parva aut levis armorum* doctrina *videtur, sive equitem sive peditem sagittarium*[6] *velis imbuere sive scutatum, armature* numeros[7] debent *omnes docere ne locum deserant* milites, *ne ordines* acierum *perturbent, ut* iaculum sive quodcumque *missile* spiculum cum vibratione ad *destinatum* locum *magnis viribus iaciant* [XII], ex qua vehementior *ictus* redditur, *ut fos-*

1 libro Invectivarum *post* Tullium *add. NO*
2 {Nam ... Tullium} *G*
3 adversorum *G*: transgressorum *NO*
4 Cornelio *codd.*: Gnaeo *Val. Max.*
5 gladiorum *codd.*: gladiatorum *Val. Max.*
6 sagittarium *correxi ex Veg.*: sagittarum *codd.*
7 numeros *correxi ex Veg.*: connumeres *G*: conmuneres *NO*

sam ducere gaudeant, *scienter* palum[1] *figere noscant* et *tractare scutum* ac *obliquis ictibus tela venientia deflectere,* ictum[2] *prudenter vitare* et *audaciter inferre* (Veg., *Mil.* 1,4).

Unde Quintilianus Acclamatione I, ibi: *nulla* hominum[3] *virtus* in prelio maior est, quam ut *homo ferrum missurus percutiat corporis partem; felix satis* existit (Ps.-Quint., *Decl.* 1,4). Nonnulli tamen *dura patiuntur* et aspera ad instar auri, quod igne probatur. Experitur insuper miseria viros fortes, navigium fluctuatio, et hoc ideo *ut*[4] *alios pati doceant,* veluti cum aliquis tormenta fortiter patitur, omnibus virtutibus utitur, secundum Senecam c. *De providentia mundi* (Sen., *Dial.* 1,6,3), et dic ut ibi; 3

talibus igitur viris armorum exercitio eruditis *adversus quoslibet hostes* non est erubescentia mori, nec in aliquo virtutis opere strenue cadere, *neque formido pugnandi, sed* potius delectatio maxima que animum roborat militantium et accendit ad pugnam, secundum Vegetium .I. c. IIII in fine (Veg., *Mil.* 1,4). 4

Huiusmodi *leges* et *arma* sic se connexe respiciunt, sic se alterius amplexibus amplexantur, ut *alterum alterius auxilio semper egeat,* et qui alterum offendit, offendit pariter utrumque, ut notatur in prohemio Institutionum, in principio (*immo Cod. Iust., De cod. confirm.,* PR.)[a]. Hiis enim *armis* et *legibus* milites Romani inbuti vires Romanas tanto robore confirmarunt, quod *exinde Romanum* populum felicem fecerunt *omnibus nationibus anteponi,* et *Deo propitio efficient in eternum* – Codice *De novo C. confirmando* l. I (*Cod. Iust., De cod. confirm.,* PR.); concordat 5

1 palum *codd.*: sudes *Veg.*
2 ictum *codd.*: plagam *Veg.*
3 hominum *codd.*: luminum *Ps.-Quint.*
4 {ut} *G*

Valerius .II. c. *De disciplina militari* § ultimo (cf. Val. Max. 2,8,PR.), et Vegetius .I. De re militari c. VIIII § *sed nos disciplinam militarem populi Romani* (Veg., *Mil.* 1,8).

6 Accedit etiam Tullius .IIII. Rethorice nove § *de mediocri figura,* ibi: *illud imperium orbis terre, cui omnes gentes* et *nationes partim vi* .i. armis, *partim voluntate consenserunt, cum aut armis aut liberalitate fuerunt a Romano populo superati* (*Rhet. Her.* 4,13); et eodem libro c. *De conversione,* in principio, ibi: *populus Romanus iustitia, armis* et *liberalitate vicit Penos* (*Rhet. Her.* 4,19) et alias nationes, *quas longum esset enumerare, cum omnes* populi *in Romani imperii dicione consistant,* secundum Vegetium .I. De re militari c. ultimo (Veg., *Mil.* 1,28). Accedit plenius Machabeorum .I. c. VIII, et dic ut ibi (cf. Vulg., 1*Mcc.* 8,1–12).

9,1 9. De Roma, magistra publica dignorum exemplorum[1]

VZ,4,23,14 Quod autem Roma sit magistra .i. maior pre ceteris civitatibus in exemplis probatur per Valerium .II. *De disciplina militari* § *at nostra urbs, que omni genere mirificorum exemplorum totum orbem terrarum replevit* (Val. Max. 2,7,6). Concordat Tullius .III. Offitiorum c. *Incidunt* (Cic., *Off.* 3,40), ibi: *plena exemplorum est nostra res publica* (Cic., *Off.* 3,47), et in tantum quod humanus[2] non sufficit capere intellectus;

2 que describuntur per Valerium .IIII. c. II per totum (cf. Val. Max. 4,2), et eiusdem .V. c. I § I (cf. Val. Max. 5,1,1), et § *age* .i. fac *Marcii Marcelli quam clarum quamque memorabile exemplum* (Val. Max. 5,1,4), et § *commemoratione Romani exempli* (Val. Max. 5,1, ext. 1), et eiusdem libro *De amicitia et sinceritate* – supple: amicorum fidelium – qui

1 et omnium morum *post* exemplorum *add. N*
2 humanus] humanis G^{ac}

narrantur ibidem in § *in eadem domo eque*[1] *robusta constantis amicitie exempla oriuntur* (Val. Max. 4,7,2), et § Lectorius[2] *autem,* ibi: *hec certiora fideliter culte nobilitatis exempla* (Val. Max. 4,7,2), que sequuntur ibidem per totum capitulum.

10. De fide publica Romanorum erga hostes **10**,1

De veris iuditiis exemplorum Romanorum erga amicos VZ,4,23,15 satis dictum est supra proxime. Nunc in parte ista dicendum est de fide ipsorum publica circa hostes, de qua apertius scribitur per Valerium libro II c. IIII § *Turpis etiam metus,* ubi cavetur expresse quod *Romano sanguini erat conveniens* non solum amicis, sed etiam hostibus servare *fidem,* sicut plene notoriat in *Marcho Attilio Regulo* [et][3] *censore,* qui *per summos cruciatus duxit* sanctius[4] fidem *Cartaginensibus* servare *quam fallere.* Huiusmodi Reguli *censura ex foro in castra transcendit, que nec timeri nec decipi hostem voluit* (Val. Max. 2,9,8);

de cuius Reguli fide patet clarius per eundem Valerium 2 libro I c. I § *sed que ad custodiam religionis attinent* iuramenti, ibi: *Nescio an omnes* – supple: nationes – *Attilius Regulus* Romanus consul[5] in fide servanda *precesserit, qui ad miserabilem deductus fortunam, missus* a Cartaginensibus *ad senatum populumque Romanum legatus, ut ex se uno et sene* quam *plures Penorum* duces *iuvenes* commutarentur,[6] *in contrarium* per eum *dato consilio,* videlicet ne pro se solo

1 {eque} *G*
2 lectorius *codd.*: Laetorius *Val. Max.*
3 et *delevi*
4 sanctius *codd.*: satius *Val. Max.*
5 {consul} *G*
6 commutarentur *NOG*^{pc}: pensarentur *Val. Max.*

sene captivi Penorum redderentur, *Cartaginem* rediit *non ignarus ad quam crudeles* cruciatus *quamque sibi infestos* et inexorabiles *deos reverteretur* [XIII]; *verum quia hiis iuraverat* sacramento prestito, in quo sola fides consideratur, *si captivi eorum redditi non forent, ad eos se rediturum. Potuerunt profecto dii immortales efferatam* Penorum *sevitiam mitigare* (Val. Max. 1,1,14). Concordat Tullius .III. Offitiorum § *sed* quoniam[1] (Cic., *Off.* 3,101), et dic ut ibi. *Ceterum,* ut *clarior esset Attilii gloria, Cartaginenses* crudelitatibus[2] *suis uti passi sunt* (Val. Max. 1,1,14), qui sanguinem Romanorum et stragem sitiebant ardenter;

3 quorum crudelitates describuntur per Senecam *De providentia mundi* § *veniam ad Regulum* (Sen., *Dial.* 1,3,9), quem *palpebris sectis* [vegeti],[3] *in qua undique preacuti stimuli eminebant, inclusum vigilantia pariter et continuo tractatu doloris Cartaginenses necaverunt.* Concordat Valerius libro VIIII c. *De crudelitate* § terras[a] (Val. Max. 9,2, ext. 1).

4 Unde qui patrie quam vite sue longiores terminos esse voluerunt, ut Regulus et Marchus Curius, bene iacent manibus et ossibus suis, Romano imperio dilatato, secundum Livium .VII. Ab urbe condita c. II § *eodem anno, seu motu terre* (Liv. 7,6,1), et Valerium .V. c. *De pietate erga patriam,* per totum (cf. Val. Max. 5,4–6). Accedit Tullius .IIII. *Rethorice nove* c. *De*[4] *dupplici ratione* (cf. *Rhet. Her.* 4,50), ubi cavetur expresse quod hii sapientes sunt extimandi, qui nullum pro re publica periculum me-

1 quoniam *codd.*: quia *Cic.*
2 crudelitatibus *codd.*: moribus *Val. Max.*
3 vegeti *delevi*
4 de *om.* *GN*

tuerunt, quia nullum incomodum pro patria servanda[1] putandum est grave.

Ergo qui fugiunt periculum mortis pro patria et re publica tuenda stulte faciunt. Concordat Valerius libro V c. I, in fine, ibi: *Vos quoque, fortes ac pie umbre, non penitendas sortitae*[2] *estis exequias. Nam ut optabilius in patria, ita spetiosius pro patria collapsae*[3] *decus suppremi offitii* consularis *infelicitate* perditum et *amissum virtute,* scilicet vestra que cuntis seculis adducitur in exemplum, *recuperastis* (Val. Max. 5,1, ext.6). 5

De fide publica Romanorum patet apertius per eundem Valerium libro VI c. *De fide publica* § *cuius* senatus exemplum, id est cuius Romanorum *fidei pignus humane salutis* demonstrat *ymaginem semper in* Romana *viguisse civitate* (Val. Max. 6,6,PR.), et § *spetiosa quoque illa Romana fides* (Val. Max. 6,6,2), cum § sequentibus usque ad § *post duorum in Hyspania Scipionum* (Val. Max. 6,6,ext. 1). 6

Concordat Livius .V. Ab urbe condita c. XII § *mos erat Faliscis* (Liv. 5,27,1), ibi: *fides Romana* et *iustitia imperatoris* .i. Camilli, consulis Romani, *in foro et curia celebrantur* (Liv. 5,27,11), et dic ut ibi notatur[4] de Romanorum fide preclara, et Extra. de electione libro VI c. *Fundamenta,* ibi: *speculum fidei* (immo *Sext.* 1,6,17), videlicet Romane, in ea *leviter* non *fundate* (Liv. 2,7,10), secundum Livium .II. Ab urbe condita c. II § *gratum* (Liv. 2,7,7). Accedit Valerius libro IIII c. II § *clarum depositarum inimicitiarum* patet *etiam exemplum in Africano* et *Tiberio Graccho, siquidem ad cuius mense sacra odio dissidentes* 7

1 servanda *G*: salvanda *NO*
2 sortitae *correxi ex Val. Max.*: sortiti *GN*: sortitas *O*
3 collapsae *correxi ex Val. Max.*: collapsa *codd.*
4 notatur *GN*: narratur *O*

venerant, ab ea amicitia et affinitate iuncti discesserunt (Val. Max. 4,2,3), cum aliis c. precedentibus et sequentibus c. proximi.

8 Concordat idem Valerius .II. *De institutis antiquis* § *convivium etiam solempne maiores nostri instituerunt* (Val. Max. 2,1,8), et libro VI eiusdem c. *De iustitia* § *cuius ut ad alium eque illustrem actum transgrediar,* ibi: *Gneus Domicius tribunus plebis* existens *Marchum Scaurum principem* .i. unum de principibus *civitatis* Romane *in iudicium populi devocavit, ut, si fortuna* sibi *aspiraret* .i. faveret, contra Scaurum sententiam daret; *sin* autem *minus* bene fortuna incederet et Scaurum non deleret, saltim *ipsa obtractatione amplissimi viri* ipse Domitius *incrementum claritatis apprehenderet,* utpote contra talem et tantum virum ausus procedere; *cuius opprimendi* animo *cum summo studio* Domitius *flagraret, nocte* procedente diem iudicii *servus Scauri pervenit ad* Domitium, *promittens se accusationem eius multis et gravibus criminibus domini* sui Scauri *instructurum, diversa extimatione nepharium indicium* .i. illicitum *perpendens* et cogitans infra se.

9 Tunc *iustitia vicit odium et* statim *suis auribus obseratis et indicis ore clauso* eundem servum *reduci iussit ad Scaurum* inimicum suum; *quem* Domitium hosti *suo* .i. *reo* Scauro, *ne dicam* solum *diligendum,* sed etiam *collaudandum populus* Romanus *tum* propter *hoc, tum propter alias* eius *virtutes* [eundem Domitium][1] *fecit consulem et censorem* ac deinceps *pontificem maximum. Nec aliter* quam Domitius *in eodem experimento iustitie Lucius Crassus se gessit,* qui *Gnei Carbonis nomen infesto animo* valde *tulerat,* quemque incusare populo disposuerat; quod *servus* Carbonis non ignorans *scrinium* suum ad ipsum *detulit,* in quo plura erant,

1 eundem Domitium *delevi*

quibus Carbo *faciliter* convinci[1] *poterat*; quem scrinium apprehendens Crassus *cathenatum* cum ipso scrinio *signato ut erat servum ad* Carbonem *remisit. Quo pacto igitur* – clamat Valerius – *inter* Romanos *amicos tunc viguisse iustitiam credimus, cum* eam *inter accusatores quoque et reos* .i. hostes *tantum virium*[2] *optinuisse viderat* (Val. Max. 6,5,5–6).

10 Concordat Tullius de oratione *Pro rege Deiotaro* accusato Cesari super proditione c. *Nam ista corruptela servi si non fuerit punita, nulli parietes,* nulle munitiones, *nulle leges nulla*que *iura salutem* Romanam *custodient* (Cic., *Deiot.* 30), et dic ut ibi Tullius describit apertius de punitione corruptorum servorum. Hec enim Romanorum fides mundum peccato dilapsum edomuit; *quod autem affirmative* mentaliter et corporaliter *quasi Deo teste promiseris, id tenendum est* (Cic., *Off.* 3,104), secundum Tullium .III. Offitiorum c. *Sed* quoniam[3] (Cic., *Off.* 3,101) § *est enim iusiurandum affirmatio religiosa,* ibi: *o fides alma, apta pinnis*[4] .i. supra pinnaculum templi depicta (Cic., *Off.* 3,104), nec preter te salvatur aliquis – Iacobi c. III (cf. Vulg., *Iac.* 2,14).

11 In ipsa enim *fide* est *iustitie* fundamentum et iusiurandum Iovis; *igitur qui iusiurandum violat, fidem violat, quam in Capitolio vicinam Iovis Optimi, ut in oratione Catonis* scribitur,[5] *maiores nostri esse voluerunt* (Cic., *Off.* 3,104). Ipsa enim fides ex precepto maiorum in Capitolio spetiosissime depicta suum latus dextro Iovis lateri continuabat;

1 convinci *codd.*: opprimi *Val. Max.*
2 virium *correxi ex Val. Max.*: virum *codd.*
3 quoniam *codd.*: quia *Cic.*
4 pinnis *correxi ex Cic.*: pinguis *codd.*
5 scribitur *G*: describitur *NO*

quam fallere censetur apud Romanos piaculum[1] gravissimum atque culpa, secundum Livium .I.[2] Ab urbe condita c. XVIIII § *Tum ita*que *Tullus* tertius rex Romanorum (Liv. 1,28,4).

12 Patet igitur ex predictis quam benigna quamque profusa fuerit et placida fides Romanorum erga patriam, hostes pariter et amicos in omni eorum etate ac ordine dignitatis, sanctissimisque nature legibus mirifica exempla et fides[3] existant, sicut clara multitudo scriptorum, preclara ingenia, protestantur[4].

13 «*Fides, sanctissimum humani bonum pectoris,*[5] *nulla necessitate cogitur ad fallendum, nullo corrumpitur premio,* unde[6] *inquid: Cede, occide; non* perdam, *sed quo magis secreta queret dolor,*[7] *hec illa altius* .i. profundius *condet,* secundum Senecam *De liberalibus artibus* (Sen., *Epist.* 88,29). Concordat Valerius .III. c. VIII § *Idem constantie propositum secutus* Gaius[8] (Val. Max. 3,8,8).»[9]

14 De religione iuramenti Reguli supra dicti scribitur per Valerium .I. *De religione* § *sed que ad custodiam* (Val. Max. 1,1,14). Iohannes Andree tenet contrarium, et male,[10] in Clementinis Extra. *de re iudicata* c. *Pastoralis cura* § *quis enim auderet,* et cetera, ubi notatur[11] expresse quod, si cap-

1 .i. offensum *post* piaculum *add. N*

2 .I.] primo [*i. r.*] *G*

3 mirifica exempla et fides *scripsi*: mirificorum exemplorum et fidei *codd.*

4 religionis Iohannis *post* protestantur *add. O, glossam errantem, ut videtur, in textum recipiens*

5 bonum pectoris *correxi ex Sen.*: boni pectus *N*

6 unde *N*: ure *Sen.*

7 dolor *correxi ex Sen.*: dolori *N*

8 Gaius *codd.*: Maevius *(lectio incerta) Val. Max.*

9 *add. N*

10 ut patebit inferius *add. NO*

11 notatur *G*: notat *NO*

tivus ad penam vel periculum mortis relaxatur, prestito iuramento de redeundo ad carcerem certa die, si mors erat iniuriosa, ut supra in Regulo, non tenetur redire ad carcerem, quia *hec quidem* de *iure, hec* etiam *de more vitantur*[1] (*Clement.* 2,11,2); unde Ovidius: *Que nimis* appetit[2] *retia, vitat avis* (Ov., *Rem.* 516). *Hec refugit ratio,* et *hec abhorret humana natura* (*Clement.* 2,11,2), qua quis[3] non solum se ipsum, sed etiam alium non vult offendi, unde Tullius Offitiorum .III., ibi **[XIV]**: *homo nature obediens homini nocere non potest* (Cic., *Off.* 3,25).

15 Refugiunt atque *timent concule* marine mortem,[4] quarum *si* aliqua *capta fuerit insidiis piscantium* et *evaserit, in plagiam* numquam *revertetur,* sed *inter scopulos* et marinas cavas[5] *plurimum delicescit* (Sol. 53,27), secundum Sidonium[b] *De naturis rerum,* quasi iuxta finem c. *Taprobanem*[6] *insulam* (Sol. 53,1), et cetera.[7]

16 «In captivo digno morte relaxato sub pacto reversionis ad recipiendum supplicium idem Tullius .V. *De questionibus Tusculanis* § *denique exoravit tyrannum* (Cic., *Tusc.* 5,62) tenet contra predicta[8] expresse contrarium. Concordat Valerius .IIII. c. VII § *Damon et Pinthyas Pitagorice prudentie sacris initiati tam fidelem inter se amicitiam iuncxerunt, ut cum alterum ex hiis Dyonisius Syracusanus interficere vellet atque is tempus ab eo, quo priusquam periret domum profectus res suas ordinaret, inpetrasset, alter se vadem* .i. obsidem *pro reditu eius tyranno dare non dubitavit. Solutus erat peri-*

1 vitantur *correxi ex Clement.*: vitatur *codd.*
2 appetit *codd.*: apparent *Ov.*
3 quis *NO*: quidem *G*
4 Refugiunt atque timent concule marine mortem *G*: Hanc [re *N*]fugiunt etiam atque timent concule marine *NO*
5 marinas cavas *codd.*: marinos canes *Sol.*
6 Taprobanem *correxi ex Sol.*: Caprobanem *codd.*
7 Hanc refugiunt ... cetera *post* de more vitatur *praebent NO*
8 .V. ... predicta *om. N*

culo mortis qui modo gladio cervices subiectas habuerat; eidem .s. gladio *caput suum subiecerat, cui secure vivere licebat. Igitur omnes et in primis Dyonisius nove atque ancipitis rei exitum speculabantur.*

17 *Appropinquante deinde finita die nec illo redeunte, unusquisque stultitie tam temerarium sponsorem dampnabat, at is nichil se de amici constantia metuere predicabat. Eodem autem momento et hora a Dyonisio constituta, eam qui acceperat supervenit. Admiratus amborum animum tyrannus supplicium fidei remisit insuperque eos rogavit ut se in sotietatem amicitie tertium sodalicii* .i. sotii vel sodalis *gradum* intyma – aliter: *ultima* – *culturum benivolentia reciperent. Heccine vires amicitie? mortis contemptum ingenerare, vite dulcedinem exstinguere, crudelitatem mansuefacere, odium in amorem convertere, penam beneficio pensare potuerunt, quibus pene tantum venerationis quantum deorum immortalium cerimoniis debetur. Illis enim publica salus, hiis privata continetur atque ut illarum* – aliter: illas – *edes sacra domicilia, harum fida hominum*[1] *pectora quasi quodam sancto spiritu referta templa sunt* (Val. Max. 4,7,ext. 1).»[2]

11,1 VZ,4,23,16 11. De penis inferendis proditoribus et violatoribus pacis, legum[3] et pactorum

Itaque stat pax, valent leges, et *sincerus tenor* pactorum *privati et publici officii servari* debet incolumis. *Qui autem violatis federibus pacis temptat* predicta *subvertere, cum omni stirpe sua viribus populi Romani obtritus etiam apud inferos, si tamen illic receptus* reperiatur,[4] *supplicia que meretur* accipiat (Val. Max. 9,11, ext. 4), secundum Valerium .I. c. *De neglecta religione* per totum (cf. Val. Max. 1,1,16–21; ext. 1;3), et libro IX eiusdem Valerii c. XI, in fine.

2 Concordat Livius .I. Ab urbe condita c. XVIII § *Ad hec Albana pubes inhermis* (Liv. 1,28,8), ibi: *Tullus* rex ter-

1 fida hominum *del. N*
2 *add. NO*
3 legum *om. N*
4 reperiatur *GN*: rapiatur *O*

tius Romanorum *inquid* Mectio, regi Albanorum: O *Mecti, si* tu *ipse discere potuisses fidem* et *federa* sancta pacis *servare, tibi vivo ea disciplina a me adhibita esset. Nunc quoniam tuum insanabile ingenium* .i. perdicio *est* (Liv. 1,28,9) ac *federis Romani Albanique* violator *bellique machinator,* ne forte *deinceps auderet alius* proditor *talia* federa preterire, *hoc insigne documentum do mortalibus* in exemplum (Liv. 1,28,6), ut *tu tuo supplicio doceas humanum genus ea* federa *sancta credere, que a te violata sunt. Igitur ut paulo ante animum ancipitem gessisti inter Fedenatem Romanamque* aciem, *ita* confestim *iam corpus* tuum *distrahendum dabis. Deinde duabus ammotis quadrigis* inter eas *distentum* corpus *Mecti ligat; deinceps in diversum iter equi concitati laceratum in utroque curru corpus* Mecti, *qua*[1] *inheserant vinculis menbra, portabant. Avertere omnes oculos a tanta feditate spectaculi. Primum ultimumque illud supplicium apud Romanos ‹parum›*[2] *memoris exempli* [causa][3] *legum humanarum fuit* (Liv. 1,28,9–11);

et eadem decada libro II c. I § directis[4] *bonis* (Liv. 2,5,5), ibi: *missi lictores* .i. crudelitatum ministri *ad sumendum supplicium* proditorum; *nudatos* proditores *virgis cedunt, securibus feriunt, ut arcendis* proditoribus *nobile sit exemplum* (Liv. 2,5,8–9); et eadem decada libro I c. XI § *novissimum a Sabinis bellum ortum* (Liv. 1,11,5), ibi: *accepti* Sabinenses in arche Capitolii *obrutam* Tarpeiam, que prodiderat archem *armis* Sabinensium, *necavere exempli prodendi causa, ne quid usquam fidum proditori esset* (Liv. 1,11,7). 3

1 qua *correxi ex Livio*: que *codd.*
2 parum *supplevi ex Liv.*: *om. codd.*
3 causa *delevi*
4 directis *codd.*: direptis *Liv.*

4 Concordat Valerius .VI. c. *De iustitia* § *nam Lutius Sylla* servum *manumissum* proditorem *et parricidam repertum protinus saxo Tarpeio cum illo scelere* .i. proditione *precipitari iussit* (Val. Max. 6,5,7); et eiusdem libro III *De severitate* § *libertatis adhuc custos et* iudex *severitas* (Val. Max. 6,3,3), et § precedenti (cf. Val. Max. 6,3,2), et dic ut ibi; quorum *proditorum supplicio nemo* debet *misericordia commoveri,* secundum Tullium .IIII. *De questionibus Tusculanis* § *misericordia est egritudo* (Cic., *Tusc.* 4,18), cum sua liga.

5 *In aliis* penis inferendis preter quam in crudeles et transfugas ac etiam proditores Romanis *gloriari licet nulli gentium mitiores placuisse penas* (Liv. 1,28,11).

12,1 VZ,4,23,18 12. De auxilio senatus et populi Romani amicis ipsorum exibito

Dictum est supra proxime de exemplis et fide publica Romanorum. Nunc in parte ista dicendum est de auxilio eorundem, presertim circa amicos; cuius expositio ultimi elementi huiusmodi dictionis "Roma," que est auxilium et refugium amicorum[a], claret aperte per Valerium .VI. c. *De fide publica Romanorum,* quam *omnes gentes persenserunt in* Romana *civitate* continuo *viguisse* (Val. Max. 6,6,PR.); quam orator huiusmodi operis paucis exemplis curavit[1] clare retexere in presenti, ubi dicitur: *Cum Tholomeus rex* Egypti *tutorem filio Romanum populum reliquisset, senatus Marchum Emilium Lepidum pontificem maximum ad regendam tutelam pueri Alexandriam misit, ne fides civitatis* Romane *frustra petita extimaretur* ab amico (Val. Max. 6,6,1);

2 unde Salustius de respontione Quinti Martii ad Gaium Mallium loquens de senatu Romano sic ait: *ea mansuetu-*

1 curavit *NO*: curarat *G*

dine atque misericordia senatum populi Romani fuisse, ut nemo umquam ab eo amicus vel hostis *frustra auxilium* imploravit (Sall., *Catil.* 34,1), quia magnanimus erat pariter et excellens, delectans se in dando amicis et inimicis,

sicut patet per Valerium .V. c. I §[1] *confecto Macedonico bello,* ibi: Misophones[2] *filius Masinisse* regis Numidie *cum equitibus, quos in presidium Romanorum aduxerat, ab imperatore Paulo ad patrem remissus, classe tempestate dispersa, Brundisium* civitatem Apulie *eger delatus est. Quod ubi senatus cognovit,* confestim *questorem ire iussit, cuius cura et hospicium adolescenti expediretur, et omnia que ad valitudinem* corporis *opus essent continuo prestarentur impenseque liberaliter tum ipsi tum toti comitatui preberentur, naves etiam ‹ut›*[3] *prospicerentur, quibus* [*se*][4] *bene ac*[5] *tute cum suis* transiret[6] *in Africam. Equitibus singulis libras argenti et quingentos sexterios*[7] *dari imperavit; que tam prompta et exquisita patrum conscriptorum humanitas efficere potuit, ut etiamsi expirasset adolescens, equiore animo desiderium eius pater tolleraret* (Val. Max. 5,1,1d); et § sequenti, qui incipit: *idem senatus* (Val. Max. 5,1,1e), et § nec *Egyptus quidem Romane humanitatis expers fuit* (Val. Max. 5,1,1f). 3

Concordat Livius .III. Ab urbe condita c. VIII § *dum Antium hec geruntur* (Liv. 3,23,1), ibi: *Equi* .i. Aquinates, *robore iuventutis premisso, archem Tusculanam improviso* custode archis *nocte capiunt* (Liv. 3,23,1); que *numquam vi* 4

1 [I, *O*] et § *post* § *add. NO*
2 Misophones *codd.*: Musochanes (*immo* Misagenes) *Val. Max.*
3 ut *supplevi ex aliquibus codd.* Val. Max.: *om. codd.*
4 se *delevi*
5 ac *O (Val. Max.)*: aut *GN*
6 transiret *codd.*: traiceret *Val. Max.*
7 sexterios *codd.*: sextertios *Val. Max.*

subire potuit (Liv. 3,23,4); *reliquo exercitu* non *procul menibus Tusculi considunt, ut distenderent hostium copiam. Hec celeriter Romam, a Roma in castra Antium perlata movent Romanos* non minus *quam si Capitolium captum nuntiaretur; adeo recens erat Tusculanorum meritum* (Liv. 3,23,1–2), secundum Livium dicta decada libro III c. VI § *eadem nocte* (Liv. 3,18,1).

5 *Et similitudo ipsa periculi reposcere videbatur* amicis bene meritis dandum *auxilium.* Tunc *Fabius* Romanus consul *omissis*[1] *omnibus predam e castris* raptam[2] *Antium convehit; ibi modico presidio relicto, citatum agmen, Tusculum* potenter vadit. *Nichil preter arma et quod cocti*[3] *ad manum fuit* sibi[4] *offerre militi licuit; commeatum a Roma consul Cornelius subvehit.* Per *aliquot menses* cum hostibus *Tusculi bellatum; partem exercitus Equorum consul oppugnabat, partem dederat Tusculanis ad archem recuperandam. Postremo fames inde traxit hostem* et *postquam ad extremum ventum est, inermes nudique omnes sub iugum a Tusculanis missi. Hos ignominiosa fuga domum* repetentes *Romanus consul in Algido consecutus ad unum omnes occidit. Et alter consul, postquam* a *menibus pulso hoste periculum esse desierat,* in *hostium finibus*[5] *ingenti certamine Vulscos* et *Equos* publice *populatur* (Liv. 3,23,2–7).

13,1 VZ,4,23,19

13. De clementia et humanitate Romanorum erga ipsorum hostes

Et est sciendum quod Romani hostibus dona et huma-

1 omissis *O*: obmissis *GN*
2 raptam *codd.*: raptim *Liv.*
3 cocti G^{ac} *(Liv.)*: coeti G^{pc}*NO*
4 sibi *codd.*: cibi *Liv.*
5 finibus *scripsi*: fines *codd. (cf. Liv.)*

nitatem clementie non retrahunt, sed, *accepta iniuria, ignoscere*[1] potius *quam prosequi malunt* (Sall., *Catil.* 9,5), secundum Salustium c. III § *at populo Romano* (Sall., *Catil.* 8,5),

ea videlicet ratione, ut spem redeundi ad veniam ipsorum benefitiis hostes provocent, secundum Valerium .V. c. I § I, ibi: *ante omnia autem humanissima et clementissima senatus acta referam; qui, cum Cartaginensium legati ad captivos* ipsorum *redimendos in urbem venissent, protinus* ab *hiis nulla accepta pecunia reddidit iuvenum* Penorum *numerum duorum milium et septingentorum quadraginta trium* † splendidissimorum rerum. Verum †[2] *tantum hostium exercitum dimissum, tantam pecuniam contemptam, tot Punicis iniuriis veniam datam ipsos legatos obstupuisse arbitror ac secum dixisse: O munificentiam*[3] *gentis Romane deorum benignitati equandam, o etiam nostram legationem supra vota felicem, nam benefitium, quod numquam petissemus, accepimus* (Val. Max. 5,1,1a); et eodem capitulo § *atque ut ab universis patribus conscriptis* (Val. Max. 5,1,2); 2

«et eiusdem Valerii libro III c. *De fiducia sui* § *cui facto par illa fiducia,* ibi: Scipio, *postquam Africam attingit, speculatores Anibalis in castris deprehensos et ad se ductos nec suppliciis*[4] *affecit nec de consiliis ac viribus Penorum percuntatus est, sed circa omnes manipulos diligentissime ducendos curavit, interogatosque an satis ea considerassent que speculari iussi erant, prandio dato iumentisque eorum, dimisit incolumes; quo tam pleno fiducie spiritu prius animos hostium quam armis contundit* (Val. Max. 3,7,1c).»[5] 3

1 ignoscere *NO (Sall.)*: parcere *G*
2 *locus in Val. Max. valde corruptus*
3 munificentiam *NO (Val. Max.)*: magnificentiam *G*
4 suppliciis *correxi ex Val. Max.*: supplicis *N*
5 *add. N*

4 Rursus in memoria apprehendende tante laudis Romanorum circa hostes ipsorum commemoro *Pompey Magni clementiam, qui infestissimum urbi nostre Mitridatem Ponto* insula *pulsum* (Val. Max. 5,1,9) – *una epistula* ab eo missa, *ottuaginta* milia *civium Romanorum negotiandi gratia*[1] *dispersa per Asiam* die una iussit *interimi,* secundum Valerium .IX. c. *De crudelitate* § *Tam hercule* (Val. Max. 9,2, ext. 3) – *viribus suis protexit et in conspectu suo diutius iacere supplicem passus non est, sed benignis verbis recreatum diadema quod abiecerat capiti* Mitridatis regis *reponi iussit; certis rebus imperatis, in pristinum fortune habitum restituit, eque pulcrum esse iudicans et vincere et facere reges,* secundum Valerium .V. c. I § *Ne de Gney Pompey clementia* (Val. Max. 5,1,9).

5 Concordat Tullius .IIII. Rethorice nove c. *De ratiocinatione,* ibi: *Maiores* nostri Romani eque *comparaverunt, ut neminem regem, quem armis cepissent, vita privarent*[2] (*Rhet. Her.* 4,23), sed religione et pietate deorum delubra et domos suas gloria decorabant neque victis hostibus quicquam eripiebant preter licentiam iniuriarum, secundum Salustium c. III § *at populo Romano* (Sall., *Catil.* 8,5), ubi cavetur expresse quod Romani *in amicis erant fideles* (Sall., *Catil.* 9,2) et in hostibus, *accepta iniuria, ignoscentes* (Sall., *Catil.* 9,5).

6 Accedit Livius .V. Ab urbe condita c. XII § *mos erat Faliscis,* ibi: cum *principum liberi cure unius magistri demandarentur, is* magister, *cum in pace instruxisset pueros* cure sue traditos, *ante urbem* Faleriam *causa lusus exercendi perduxit, nichil eo more per belli tempus dimisso, dum modo*

1 gratia *NO (Val. Max.)*: causa *G*
2 privarent *correxi ex Rhet. Her.*: privarunt *codd.*

tunc *brevioribus spatiis modo longioribus traxisset*[1] *eos a porta, lusu et sermonibus variatis, longius solito progressus, inter stationes hostium castraque* Romanorum pueros *in pretorium ad Camilum perduxit. Ibi scelesto facinori scelestiorem sermonem addit: Falerios se in manibus Romanorum tradidisse, quando* huiusmodi *pueros, quorum parentes capita ibi rerum sint, in* vestra *potestate dederit.*

7 Cui magistro *Camilus* hec verba dixit: *Non ad similem tui* Romanum *populum nec imperatorem* tu *scelestus* et nequam *venisti. Sunt nobis belli* et *pacis iura iusteque ea non minus quam fortiter* servare decrevimus.[2] *Arma* quoque *habemus non adversus eam etatem cui etiam captis urbibus parcitur, sed adversus armatos et ipsos* Faliscos. *Tu* vero, *quantum in te fuit, novo scelere vicisti,* sed *ego Romanis arte* et *virtute* ac *armis sicut Vehios* Falerios *vincam.* Et protinus ex decreto senatus vinctum magistrum ac etiam *denudatum* ab huiusmodi *pueris* verberandum remisit in patriam (Liv. 5,27,1–9), quo beneficio corda cepit Falistorum, quorum menia armis expugnare non poterat.

8 Falisti portas civitatis ipsorum Romanis aperuerunt, sic dicentes: *Vos,* Romani, magis *fidem in bello quam victoriam maluistis, nos fide* vestra *provocati victoriam* vobis *ultro detulimus; mictite qui arma, qui obsides, qui urbem patentibus portis accipiant, nec vos fidei nostre neu nos imperii vestri penitebit.* Ex qua iustitia *Camillo ab hostibus et a concivibus gratie acte. Pace data, exercitus* ad urbem *reductus.* Cum *meliori laude quam cum trihumpho per urbem* in curru *vexerant equi albi insignis; iustitia fidesque hostibus* ultro *devictis* data (Liv. 5,27,13–28,1).

1 traxisset *correxi ex Livio*: transisset *codd.*
2 servare decrevimus *codd.*: didicimus gerere *Liv.*

9 «Accedit Livius .II. Ab urbe condita c. IIII § *hiis conditionibus composita pace* (Liv. 2,13,4), ibi: *utrisque consistit fides. Romani* Cloeliam obsidem *pignus*[1] *pacis ex federe restituere* Porsenne Etruscorum regi, *et apud regem Etruscum non tuta solum, sed honorata etiam virtus fuit, laudatamque virginem* [per huiusmodi Porsennam][2] *parte*[3] *obsidum* [eique virgini][4] *se donare dixit,* et *quos ipsa vellet, eligeret. Productis omnibus* obsidibus Romanos *elegit impubes; virginitati decorum*[5] *et consensu obsidum ipsorum erat probabile* (Liv. 2,13,9–10), et cetera.»[6]

10 Hiis et horum[7] similibus Romanorum exemplis benefitium generis humani nutritur atque infatigabili sermone prefertur.[8] Ergo quod Romani possidebant, quasi commune patrimonium amicorum et hostium erat, secundum Valerium .IIII. c. *De liberalitate* § *Asiam bello captam Atalo regi muneris loco* senatus *tradidit possidendam, eo excelsius et spetiosius urbi nostre futurum imperium credens* (Val. Max. 4,8,4); propter quod clamat Valerius dicens: Que igitur *littere digneque laudes Romanam liberalitatem*[9] sufficiunt ad narrandum (Val. Max. 4,8,5), et libro V eiusdem Valerii c. *De gratis* § *liberalis populus Romanus* (Val. Max. 5,2, ext. 3), et § sequenti in fine (cf. Val. Max. 5,2, ext. 4) et libro VIII eiusdem c. *De cupiditate glorie* § *ut imperatoribus spiritum gloriosum militis subnectam* (Val. Max. 8,14,5).

11 Concordat Salustius c. III § *at Romani,* ibi: *magis dandis*

1 pignus *correxi ex Livio*: pignorum *N*: pingnori *O*
2 per huiusmodi Porsennam *delevi*
3 parte *correxi ex Liv.*: partem *NO*
4 eique virgini *delevi*
5 decorum *correxi ex Livio*: decoros *codd.*
6 *add. NO*
7 et horum *post* similibus *praebet G*: et eorum *ante* similibus *praebent NO*
8 prefertur *GN*: profertur *O*
9 supple: et fidem *post* liberalitatem *add. NO*

quam accipiendis benefitiis sibi *parabant amicitias* (Sall., *Catil.* 6,5); unde Philosophus .I. Rethorichorum dicit quod ille est perfectus dominus, qui magis utitur divitiis quam qui possidet (Arist., *Rhet.* 1361a23–24). Et propterea[1] non inmerito Roma donans interpretatur, que sua liberalitate studebat amplius aliis dare quam sibi servare, ut probatur aperte dicto § *Asiam* (Val. Max. 4,8,4). Quod et facere debet quilibet liberalis, secundum Philosophum .IIII. Ethicorum (Arist., *Eth. Nic.* 1119b25–26; cf. 1120a24–26).

Hiis etenim liberalitatibus et abstinentiis amicorum et hostium animos placaverunt et ipsorum potentiam exaltarunt, et est ratio quia recipientium fides crescit ex premio, secundum Valerium .V. c. I § *idem senatus,* ibi: *duplicata erga* Romanos *benivolentia, Prusia rex Bithine in regnum suum reversus est* (Val. Max. 5,1,1e), et alii devotiori ad obsequendum animantur exemplo, sicut patet de Scipione, qui secundum Valerium libro IIII c. III § *quartum et vigesimum annum agens continentia et* magnificentia[2] tanta fuit, ut donis suis *Celtiberorum animos,* qui aliter cessuri Romanis non fuerant, ad obedientiam Romanorum perduxit (Val. Max. 4,3,1). 12

Concordat Livius .V. Ab urbe condita c. XII dicto § *mos erat Falistis* (Liv. 5,27,1), usque ad finem capituli; et eadem decada libro VIII, ibi: *si bonam dederitis, inquid, pacem, et fidam et perpetuam; si malam,* non *diuturnam* (Liv. 8,21,4), et *ibi pacem esse fidam, ubi voluntarie pacata sint* omnia, *neque eo loco fidem sperandam esse, ubi servitus* subsequitur (Liv. 8,21,7). Concordat Valerius .VI. c. *Libere dicta aut facta* § *Priverno capto* (Val. Max. 6,2,1). Accedit[3] 13

1 propterea *N*: preterea *GO*
2 magnificentia *codd.*: munificentia *Val. Max.*
3 etiam *post* Accedit *add. N*

Cassiodorus libro IIII Epistularum, epistula: *Minus,* ibi: *auget benefitium voluntas recta iustorum* (Cassiod., *Var.* 12,27,1).

14 De continentia Romanorum describitur clare per Policratum libro VIII c. *In secularibus* (Ioann. Saresb., *Policr.* 5,7 [p. 308]) § penultimo, ibi: *quiete libertatis, cultu iustitie, reverentia legum, maturitate consiliorum, gravitate verborum et operum* ac *amicitia finitimarum gentium* promeruerunt Romani, *ut* totum terrarum *orbem sue subicerent dictioni* (Ioann. Saresb., *Policr.* 5,7 [p. 315]). Concordat Valerius .II. *De disciplina militari* § ultimo (cf. Val. Max. 2,8,PR.).

LIBER SECUNDUS

PR,1 Explicit liber primus. Incipit prologus libri secundi.

VZ,4,23,21 Postquam capitulis proximis locutus sum pauca ex dotibus ipsius urbis et eius civium veneratione maxima contemplandis ac nonnullis aliis ex spetiosissimis beneficiis per senatum Romanumque populum amicis et hostibus feliciter erogatis, nunc in presenti libro secundo dicendum est unde Roma dicatur, ne tam preclarum eius nomen ipsiusque civium excellentiam obducat oblivio, vetustas obruat et obliteret memoria; que omnibus tam nota clarius elucescant.[1]

1,1 1. Unde dicatur Roma

VZ,4,23,22 Dicitur autem Roma a romi Grece, Latine potens sive fortis, secundum Livium .V. Ab urbe condita c. XVIII, ibi: *Etsi Galli novum nomen audiant Romanorum, tamen credere viros fortes esse, quorum auxilium a Clusinis sit in re tre-*

1 elucescant *GO*: elucescunt *N*

pida inploratum (Liv. 5,36,2–3); et eadem decada libro IX c. II § nec *Samnitibus* (Liv. 9,3,4), ibi: *nec gravatus senex* Pontius, Samnitum dux, *plaustro in castra* ducitur *vocatusque in consilium ita locutus est, ut nichil sententie sue mutaret, causas tantum addiceret priori consilio, quod optimum duceret: cum potentissimo populo* Romano *per ingens beneficium perpetuam firmare pacem et amicitiam* (Liv. 9,3,9–10);

2 et eodem libro eiusdem decade c. IX titulo *De Alexandro Magno rege Macedonum et comparatione eius ad rem publicam Romanam,* ibi: *sed illa inmobilis et unius generis Romana acies, ex pluribus partibus constans. Iam in opere quis miles par Romano* militi? *Quis ad tollerandum laborem melior? Uno prelio victus Alexander victus esset; Romanum, quem* furcule Caudine,[1] *quem Canne* [prelia animum][2] *non fregerunt* (Liv. 9,19,8–9)? *Mille acies graviores quam Alexandri Macedonis avertit* Romanus *exercitus avertetque,*[3] *modo* si *perpetuus amor pacis, qua vivunt, et civilis cura concordie* fuerunt inter eos (Liv. 9,19,17).

3 De fortitudine Romanorum patet apertius per Valerium .III. c. *De fortitudine,* per totum;[4] «*Etruscis* in urbe pontem Sublicium obsidentibus, *Oratius Cocles extremam eius partem occupavit totumque hostium agmen, donec post tergum suum pons obrumperetur, infatigabili pugna substinuit, atque, ut patriam periculo imminenti liberatam vidit, armatus se in Tiberim misit; cuius fortitudinem dii immortales admirati incolumitatem sinceram* eidem Oratio *prestiterunt, nam neque altitudine deiectus, quassatus, nec pondere armorum pressus, nec ullo* Tiberis *vertice* circumactus, *nec*

1 furcule Caudine *codd.*: Caudium *Liv.*
2 prelia animum *delevi*
3 avertit … avertetque *correxi ex Livio*: advertit … advertetque (adverteretque *NO*) *codd.*
4 per totum *G*: § I, ibi *NO*

telis quidem que undique congerebantur lesus tutum natandi eventum habuit. Unus itaque tot civium, tot hostium in se oculos convertit, stupentes illos ammiratione, hos inter letitiam et metum hesitantes, unusque duos acerrima pugna consertos exercitus alterum repellendo, alterum propugnando distraxit. Denique unus urbi nostre tantum scuto suo quantum Tiberis alveo attulit munimenti. Quapropter discedentes Eutrusci dicere potuerunt: Romanos vicimus, ab Oratio victi sumus (Val. Max. 3,2,1);»[1]

4 et Iulium Frontinum libro I c. X § I, ibi: *Sertorius vero, corporis robore atque consilio animi dux Lusitanorum* populorum[a], *experimento didicerat* inequalem *se* esse *universo Romanorum exercitui,*[2] *ut barbaros* Romanorum hostes ferocissimos quibus preherat *pugnam exposcentes doceret* (Frontin., *Strat.* 1,10,1), quamvis esset Romanus civis Sertorius, *proscriptione Sillana* proscriptus de urbe, *coactus* contra *Romanos confligere, cum*que Lusitanos *flectere oratione non posset, vafro* .i. valido *consilio ad suam sententiam* populos Lusitanos *perduxit*[b]. *Aductis in conspectu ipsorum duobus equis, prevalido* uno, *altero admodum exili, duos admovit iuvenes similiter affectos, robustum et gracilem, ac robustiori* iuveni *imperavit equo*[3] *exili universam caudam abrumpere,*[4] *gracili* iuveni *valentiorem per singula vellere* caudam. *Cumque gracilis fecisset quod imperatum erat, validissimus cum infirmi equi cauda sine effectu luctaretur: Naturam, inquid Sertorius, Romanarum cohortium per hec exempla vobis* Lusitanis *ostendi, milites;* Romani *insuperabiles sunt,* quorum[5] *partem aggrediens aliquis lacerabit et carpet*

1 *add. NO*
2 Romanorum exercitui *NO (Frontin.)*: populo Romano *G*
3 equo *correxi ex Frontin.*: ex quo *codd.*
4 abrumpere *correxi ex Frontin.*: arrumpere *NO*: adrumpere *G*
5 quorum *correxi*: cuius *codd.* (cf. Val. Max. 7,3,6)

(Frontin., *Strat.* 1,10,1; cf. 4,7,6) maturius et *victoriam* reportabit[e].

«Concordat Tullius .II. Invectivarum contra Cathellinam, que incipit: *Tandem* (Cic., *Catil.* 2,1), § I, ibi: *huic invicto populo* .s. Romano (Cic., *Catil.* 2,19).»[1] 5

Huiusmodi ystoria tractatur prolixius in cronycis tempore Sille descriptis, «et presertim per Senecam libro Epistularum, epistula XIX, que incipit: *Id de*[2] *quo queris* (Sen., *Epist.* 108,1), quasi in principio, ibi: *nec passim carpenda, nec invadenda sunt universa,* sed *per partes pervenitur ad totum. Aptari honus viribus debet nec plus occupari quam cui sufficere possimus. Non quantum vis, sed quantum capis auriendum est.* Si *bonum* tamen *habes animum, capies quantum voles,* set *quo plus recipit animus, hoc se magis laxat* (Sen., *Epist.* 108,2);»[3] 6

et quia Romani sunt fortes et potentes, ut prefertur, ideo in prelio beneficia prebent[4] armis et in tempore pacis prestant iustitiam, quam nimis diligunt qui frequenter, ut Romani, prelia tractaverunt, secundum Cassiodorum libro Epistularum, ibi: *viri fortes in* prelio[5] *sunt modesti* (Cassiod., *Var.* 12,3,3) – concordat Philosophus .I. Rhetoricorum (cf. Arist., *Rhet.* 1366b5–7) –, presertim cum ipsi tempore belli prestent victis hostibus libertatem, secundum Valerium .IIII. c. *De liberalitate* § *Phylippo rege Macedonie superato* (Val. Max. 4,8,5). 7

Rursus de Romanorum militum fortitudine apertius patet per Livium .II. Ab urbe condita c. III § *pons Sublicius* (Liv. 2,10,2), ibi: Oratius Cocles *impetum hostium, quantum corpore uno posset* ⟨*obsisti, excepturus*⟩[6] *vadit* solus 8

1 *add. NO*
2 id de *correxi ex Sen.*: inde *codd.*
3 *add. NO*
4 prebent *N*: prestant *G*: prebere *O*
5 prelio *codd.*: pace *Cassiod.*
6 obsisti excepturus *supplevi ex Liv.*: *om. codd.*

insignis in primum additum pontis, et in *conspectu* pugnantium *prelium iniit armis. Ipso miraculo audacie hostes stupefecit* (Liv. 2,10,4–5). *Circumferens inde truces minaciter oculos ad proceres Etruscorum nunc singulos* hostium ad bellum *provocat* et *increpat omnes; pudor deinde commovit* hostium *aciem, et clamore sublato undique in* Oratium *tela coniciunt; que cum in obiecto cunta* tela *scuto hesissent,*[1] *nec minus* animo *ostinatus ingenti gradu pontem teneret, rupto* per Romanos *ponte, cuntati aliquandiu* Etrusci *conati sunt* cum *impetu* de ponte *detrudere virum* (Liv. 2,10,8–10).

2,1 2. De oratione Coclitis consulis Romanorum ad Tiberim

VZ,4,23,22 *Tunc Cocles* orationem emisit dicens: *Tiberine pater, te deprecor, sancte,* ut *hec arma et hunc militem propitio* cursu *accipias,* et *sic* ut erat *armatus in Tiberim desiluit,* et *ad suos incolumis* est reversus, *multis* super eum *incidentibus telis* (Liv. 2,10,11).

2 Deinceps de ipsorum Romanorum potentia[2] ac fortitudine scribit prolixius Seneca *De providentia mundi* § *Veniam ad Regulum: Quid illi fortuna nocuit quod illum fidei documentum, patientiae*[3] ⟨*documentum*⟩[4] *fecit?*[5] Cui *in vigilia suspensa sunt lumina,* et *quanto plus tormenti, tanto* amplius *fuit* et *glorie.* Rursus *vis scire quod non peniteat* ipsam huiusmodi patientiam *extimasse virtutem? Refice illum et* denuo *mitte in senatum: eandem sententiam dicet* ut prius (Sen., *Dial.* 1,3,9).[6] Accedit Valerius .III. c. *De patientia*

1 hesissent *correxi ex Liv.*: exissent *codd.*
2 potentia *G*: virtutibus *NO*
3 patientiae *correxi ex Sen.*: patientia *codd.*
4 documentum *supplevi ex Sen.*: *om. codd.*
5 Veniam ad Regulum: Quid illi [*i. r.*] {fortuna … fecit?} *G*
6 {Cui … prius} *post* Regulo *praebet G*

(cf. Val. Max. 3,3) § I: *paupertatem in Fabricio, exilium in Rutilio, tormenta in* huiusmodi *Regulo,*[1] *venenum in Socrate, mortem in Catone* (Sen., *Dial.* 1,3,4), et Decium inter hostes, secundum Valerium .V. c. VI § *Publius Decius* (Val. Max. 5,6,5);

3 de quo[2] scribitur plenius per Livium .VIII. Ab urbe condita c. VI § *in hac trepidatione Decius consul* Romanus *Marcum Valerium magna voce inclamat* dicens: *Deorum,* inquid, *ope, Valeri,*[3] *opus est* (Liv. 8,9,4), et *ipse precintus cinto Gabino, armatus in equum insiluit ac se in medios hostes inmisit, conspectus ab utraque acie, aliquanto augustior humano visu, sicut* e *celo missus*[4] *piaculum*[5] *omnis*[6] *deorum ire qui*[7] *pestem a suis aversam*[8] *in hostes ferret. Ita omnis pavor terrorque cum illo signa prima*[9] *latus*que *Latinorum turbavit* et aciem. *Deinde* cum *totam aciem* hostium *invasisset* (Liv. 8,9,9–11) et vertisset in fugam et hostium latera circumferret intrepidus, crebris telorum ictibus in confertissimam hostium turbam cadit mortuus.

4 Concordat Tullius De paradoxis, quasi in principio, ibi: *Que res ad necem Porsenne*[10] *impulit* Cornelium *Mutium sine ulla spe salutis sue* (Cic., *Parad.* 12), nisi ut patriam liberaret ab obsedione Porsenne?[11] Accedit Livius .II. Ab

1 tormenta ... Regulo *om. NO*
2 Decio *post* quo *add. G*
3 Valeri *correxi ex Liv.*: Valerii *codd.*
4 missus *correxi ex Liv.*: missum *codd.*
5 .i. auxilium vel remedium *post* piaculum *add. N*
6 omnis *correxi ex Liv.*: omnes *codd.*
7 qui *correxi ex Liv.*: que *codd.*
8 aversam *correxi ex Liv.*: adversam *codd.*
9 prima *correxi ex Liv.*: primo *codd.*
10 Porsenne *correxi*: Porserine *codd.*
11 Porsenne *correxi*: Porserine *codd.*

urbe condita c. III § *Cum Cornelius Mutius nobilis adolescens* (Liv. 2,12,2), ibi: *et facere et pati fortia Romanum est* (Liv. 2,12,9), ubi prolixius de hoc habetur mentio specialis.

5 Concordat Prudentius dicens: *et virtute potens et criminis inscia Roma* (Prud., *c. Symm.* 2,1131); *et pax ut placeat, facit excellentia Rome* (Prud., *c. Symm.* 2,638). Concordat Livius .VII. Ab urbe condita c. XIIII § *inter duo bella simul externa* (Liv. 7,25,7), ibi: *hae vires populi Romani, quas vix terrarum capit orbis, contracte in unum* (Liv. 7,25,9).

6 Patet igitur ex premissis Romanos viros fortes esse propter penas vitandas, que fugientibus e prelio, spreta virtute verecundie, a preside inferuntur, secundum Valerium .II. c. *De disciplina militari* § *age quam graviter senatus tulit* (Val. Max. 2,7,15), cum § sequentibus; et presertim libro II eiusdem § *in eadem provincia,* ubi *Quintus Fabius Maximus cupiens contundere et debilitare animos ferocissime gentis*[1] *mansuetissimum ingenium suum deposita clementia uti severitate coegit,* ibi: *omnium, qui ex presidiis Romanorum ad hostes fugerant captique erant, manus abscidit, ut truncha pre se brachia* ipsorum *gestantes metum reliquis deflectionis inicerent. Rebelles itaque manus a corporibus suis* disiuncte, *cruentato solo sparse, ceteris* commilitonibus *ne idem committere* de cetero *audeant documento fuerunt* (Val. Max. 2,7,11). Hac igitur *severitate* multisque aliis tormentis acerrimis *compressi milites* Romani *multitudinem hostium superarunt* (Val. Max. 2,7,10).

7 Concordat plene Vegetius[2] .III. De re militari c. IIII in fine (cf. Veg., *Mil.* 3,4). «*Piget tedetque per vulnera rei publice procedere ulterius* et *lacrimante parte civitatis* capte nemini consuli

1 Trebie *post* gentis *add. N*
2 Vegetius *GO*: Valerius *N*

senatus lauream dedit, nec quisquam sibi dari desideravit, secundum Valerium .II. c. III, in fine (Val. Max. 2,8,7).»[1]

3. De hiis que requiruntur ad perfectionem militarem **3,1**

VZ,4,23,23

Et est sciendum quod Romani propter peritiam et experientiam armorum assidue pugne non timent ea pericula, que perorrescit inexpertus bellorum, scilicet fragorem armorum, cursum equorum, et clamorem[2] pugnantium, que quidem ipsi tamquam horum experti sciunt non esse terribilia; nec *vociferari de longe* convenit, ut *hostes magis terreantur,* quia hoc *ignavorum est* militum, *si*[3] *cum telorum ictu clamoris orror accedat,* secundum Vegetium .III. c. XVIII (Veg., *Mil.* 3,18). Nam scientia rei bellice, que bellantium nutrit audatiam, suo vigore hostem *deterret, prius plagam* infigit *quam* inexpertus armorum *ad resistendum se preparet,* secundum Vegetium .I. c. X in fine (Veg., *Mil.* 1,9).

2

Ceterum ad perfectionem militarem multa requiruntur:[4] quod miles sit bene formatus et *vigilantibus oculis, erecta cervice, lato pectore, humeris musculosis,* potentibus *digitis, longioribus brachiis, ventre modico, exilior cruribus, suris et pedibus non superflua carne distentis sed nervorum duritia collectis* (Veg., *Mil.* 1,6), et qui habeat omnium membrorum suorum usum. Sit preterea *moribus excellens, honestus* (Veg., *Mil.* 1,7) corpore, qui conservet honorem[5] et[6]

1 *add. N*

2 hostium (bestium *O*) cum telorum ictu *post* clamorem *add. NO*

3 si *correxi ex Veg.*: sed *codd.*

4 primo *post* requiruntur *add. N*

5 qui conservet (conservet *scripsi*: conservat *NO*) honorem *om. G*

6 et *GN*: ut *O*

caveat[1] mulierum intemperantiam, quarum malicia tollitur medium felicitatis hominum, secundum Philosophum .I. Rethoricorum (cf. Arist., *Rhet.* 1366b13–15).

3 Sit preterea *verecundie* (Veg., *Mil.* 1,7) deditus, que «*est parens omnis honesti consilii, tutela* omnium *sollempnium officiorum et magistra innocentie, cara proximis, alienis accepta et omni tempore favorabilis,* secundum Valerium .IIII. c. *De verecundia,* in principio (Val. Max. 4,5,PR.); ipsaque»[2] tante virtutis existit, quod pudore suo militem accendit ad pugnam aviditate laudis, felicitatis, honoris et glorie ac timore reprehentionis.

4 Concordat Livius .VII. Ab urbe condita c. V, ibi: *verecundia subiecta oculis* corporalibus *milites accendit* ad pugnam (Liv. 7,11,6); et propterea ne invirtuose agerent, verecundabantur et timebant ex prelio fugere amore honoris in testimonium excellentie militaris dignitatis, qui est signum benefactive operationis. Et ideo amore virtutis et honoris, qui inportat excellentiam, relinquebant milites omnes alias delectationes et malebant potius in bello mori quam aliquod committere inhonestum.

5 Nec convenit omni etati iuvenili, secundum Philosophum .IIII. *Ethicorum* (Arist., *Eth. Nic.* 1128b15–16);

6 «*Virtus est habitus animi, natura* et *modo rationi consentaneus,* secundum Tullium ultimo Recthorice veteris, *habens* in se *quattuor partes: prudentiam, iustitiam, fortitudinem* et *temperantiam,* ut notatur ibidem (Cic., *Inv.* 2,159);»[3]

7 fortis ad operandum, agilis ad invadendum, vigorosus, cordatus et audax ac aspectu terribilis, ut terreat hostes feritatis aspectu. Nam fortitudo, levitas, *velocitas* et aptitudo menbrorum reddunt militem *aptum* ad pugnam (Veg., *Mil.* 1,4; 8).

1 caveat *GO*: cavet *N*
2 *add. NO*
3 *add. N*

Hiis itaque modis trahet, pellet, levabit, deprimet, terrebit[1] et concutiet hostes, secundum Philosophum .I. Recthoricorum (cf. Arist., *Rhet.* 1366b11–13). 8

Ergo qui non est electus ut prefertur, sed inexpertus ad pugnam se militie ingerit, in se gladium provocat, quem propria temeritate usurpat. Hec omnia inexpertus armorum non potest cognoscere; *cum hec in tyrone signa* cognoveris, *non* magnitudinem *desideres* corporis,[2] quia *utilius est fortes eligere quam grandes* (Veg., *Mil.* 1,6) – Machabeorum .I. c. VI, ubi dicitur: *elige tibi viros* fortes (Vulg., I*Mcc.* 5,17); concordat Esdre .II. c. VI (cf. Vulg., III*Esr.* 9,16). 9

Et est ratio quia «*viri fortes non sentiunt in acie vulnera, vel, si sentiunt, mori malunt quam de dignitatis gradu removeri. Hiis nobilitas mortis et gloria levat omnem metum vulnerum,* secundum Tullium De questionibus Tusculanis (Cic., *Tusc.* 2,58–59). Est et alia ratio quia»[3] nimis magni non sunt bene dispositi quoad corpus, quia calor evanescit in tanta protensitate, et sunt ponderosi et corpore graves et non bene sani, quia non perfecte calescunt nec per consequens sunt apti ad opera anime rationalis, cum anima sequatur dispositionem corporis, secundum Philosophum .VII. Politicorum (cf. Arist., *Pol.* 1334b20–21), et Vegetium .I. De re militari c. VI et VII (cf. Veg., *Mil.* 1,6–7). 10

Et ideo *nichil est firmius neque felicius* ac *laudabilius re publica,*[4] [nisi][5] *in qua habundant milites* supra dicti, predictis dotibus pleni et armorum exercitio *eruditi* (Veg., *Mil.* 1,13). Et ratio huius est quia exercitium potentat et otium 11

1 terrebit *scripsi*: terret *codd.*
2 magnitudinem corporis *codd.*: proceritatem *Veg.*
3 *add. N*
4 re publica *correxi ex Veg.*: rei publice *codd.*
5 nisi *delevi*

liquefacit, secundum Vegetium .III. De re militari c. X in principio, cum sua liga (cf. Veg., *Mil.* 3,10).

12 Hinc Tullius Philippicarum XVI c. Sicut[a] § *o fortunata* (Cic., *Phil.* 14,31), ibi[1] dicit quod *in fuga mors feda, in victoria gloriosa* (Cic., *Phil.* 14,32).

13 «*Nam in fuga salutem sperare, cum arma, quibus corpus tegitur, averteris, ea vero dementia est. Semper in prelio hiis maxime est periculum, qui maxime timent. Audacia pro muro habetur,* secundum Salustium c. *De oratione Catelline ad milites suos animandos* (Sall., *Catil.* 58,16–17).»[2]

14 *Etenim Mars ipse ex acie fortissimum quemque* pugnantem *solet* amplissima gloria prosequi.[3] *Illi impii qui* ceciderunt in fuga *inferas penas parricidii luerunt. Vos vero, qui extremum spiritum in victoria effudistis, piorum estis sedem et locum consecuti,* et dic ut ibi,[4] nam[5] «*brevis a natura vita nobis data est, at memoria bene reddite vite sempiterna.*[6] *Que si non esset longior quam hec vita, quis esset tam amens qui maximis laboribus et periculis ad summam laudem* et *gloriam contenderet? Actum igitur preclarum vobiscum, fortissimi,*[7] *dum vixistis, nunc vero etiam sanctissimi*[8] *milites* estis in bello, et ideo *vestra virtus nec oblivione eorum qui sunt nec*[9] *reticentia posterorum esse poterit insepulta, cum vobis immortale monumentum suis pene manibus senatus populusque Romanus extruxit. Erit igitur* hiis *extructa moles opere magnifico* utilesque[10] *littere, divine virtutis testes sempiterne; numquam ‹de›*[11]

1 {c. ... ibi} *G*
2 *add. N*
3 amplissima gloria prosequi *codd.*: pignerari *Cic.*
4 {etenim ... ibi} *G*
5 et dic ut ibi, nam *om. NO*
6 sempiterna *correxi ex Cic.*: sempiterne *codd.*
7 fortissimi *correxi ex Cic.*: fortissimum *codd.*
8 sanctissimi *correxi ex Cic.*: sanctissimum *cod.*
9 nec *om. N*
10 utilesque *codd.*: incisaeque *Cic.*
11 de *supplevi ex Cic.*: *om. codd.*

vobis eorum[1] *qui aut videbunt vestrum monumentum aut audient gratissimus sermo conticescet, ita* quod *pro mortali vite conditione immortalitatem estis consecuti.*

Sed quoniam, o *patres conscripti, munus optimis et fortissimis civibus* 15 *honore*[2] *monumenti persolvitis, consolemur*[3] *eorum proximos,*[4] *quibus optima est quidem hec consolatio: parentibus quod*[5] *tanta rei publice presidia* liberos *genuerunt,* ⟨*liberis quod*⟩[6] *habebunt domestica exempla virtutis, quos laudare quam*[7] *lugere prestabit; fratribus quod in se ut corporum, sic virtutum similitudinem esse confident; atque utinam hiis omnibus* et ipsorum uxoribus *abstergere fletum nostris sententiis* et *consultis possemus, vel aliqua hiis talis adhiberi publice posset oratio qua merorem deponerent atque luctum gauderentque potius, cum multa et varia impenderent hominibus* talibus[8] *genera mortis, id genus quod esset pulcerrimum suis obtagisse*[9] manibus *eosque nec inhumatos esse nec desertos,* qui tam se ipsos *pro patria non miserandos*[10] *putarunt, nec dispersis bustis humili sepultura*[11] *cremandos, sed contectos*[12] *publicis operibus atque muneribus eaque extructione que* fit *ad memoriam eternitatis ara Virtutis. Quamobrem maximum sollatium propinquorum eodem monumento declarari et virtutem suorum et etatem et senatus fidem et crudelissimi memoriam belli, in quo nisi tanta militum virtus extitisset, nomen populi Romani occidisset; atque etiam censeo, patres conscripti, premia que militibus promisi-*

1 eorum *correxi ex Cic.*: eorumque *codd.* (numquam] numquamque *Cic.*!)
2 honore *correxi ex Cic.*: honoris *codd.*
3 consolemur *correxi ex Cic.*: cum sollemniis *codd.*
4 proximos *correxi ex Cic.*: proximi *codd.*
5 parentibus quod *correxi ex Cic.*: parentesque qui *codd.*
6 liberis quod *supplevi ex Cic.*: *om. codd.*
7 quam *correxi ex Cic.*: quod *codd.*
8 talibus *scripsi*: talium *codd.*
9 obtagisse *sic codd.*: obtigisse *Cic.*
10 miserandos *scripsi*: miserandum *codd. (Cic.)*
11 sepultura *correxi ex Cic.*: sepulture *codd.*
12 contectos *correxi ex Cic.*: contentos *codd.*

mus nos recuperata re publica tributuros, eaque vivis victoribusque cumulata,[1] *cum tempus advenerit, persolvenda. Qui autem ex hiis quibus illa promissa sunt pro patria occiderunt, eorum parentibus, liberis, coniugibus fratribus*que *eadem censeo tribuenda* (Cic., *Phil.*, 14,32–35).

16 Et propterea»[2] *in prelio potius quam in fuga* miles quilibet debet *mortem appetere,* secundum Livium .I. De bello Punico II c. *De oratione Hanibalis ad suos,* iuxta finem (Liv. 21,44,8); unde Quintilianus Acclamatione III dicit: *O mors laudanda fortibus, non recusanda felicibus, quantum te in bello quesivi; tuli* te – *testor deos – in acie tuli*que te in bello, *non virium iactatione sed ut* mors *mea patrie prestaret* auxilium (Ps.-Quint., *Decl.* 4,4), unde militis officium est prius pati velle quam patriam deficere, vel esse paratus[3] perire, secundum Valerium .I. c. III § *huius tam preclari operis auctor Camilus* (Val. Max. 1,5,2), in fine §;[4] «et eiusdem libri V c. ultimo § *Emilius* (Val. Max. 5,10,2).

17 Concordat .I. Paralipomenon c. XXI, ibi: *Dixit David ad Dominum: Domine, Deus meus, vertatur – obsecro – manus tua in me et in domum patris mei. Populus autem tuus non percutiatur* (Vulg., I*Par.* 21,17). Accedit Tullius .I. Officiorum c. Qua[5] *ex re* (Cic., *Off.* 1,51), ibi: *cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares, sed omnes* enim *caritatis patria una complexa est, pro qua quisque bonus non dubitat mortem appetere, si* civitati *sit profuturum* (Cic., *Off.* 1,57); et eiusdem .III. Officiorum c. *Incidunt* (Cic., *Off.* 3,68) § *Quid? si tyrannidem*[6] ⟨*occupare, si*⟩[7] *pater conabitur prodere patriam, silebitne filius?* Certe non, *ymmo execrabit patrem, ne id faciat* (Cic., *Off.* 3,90).

1 cumulata *codd.*: cumulate *Cic.*
2 *add. NO*
3 esse paratus *G*: rem publicam *NO*
4 {unde ... §} *G*
5 qua *N*: una *Cic.*
6 tyrannidem *correxi ex Cic.*: tyrannidum *N*
7 occupare, si *supplevi ex Cic.*: *om. N*

Concordat Livius .VII. Ab urbe condita c. II, in fine (cf. Liv. 8,7). Accedit Eutropius libro II § *hiis temporibus* (Paul. Diac., *Hist. Rom.* 2,4). Concordat Valerius .V. c. VI § *Brutus* (Val. Max. 5,6,1), et § *Cum autem in media parte fori* (Val. Max. 5,6,2), et dic ut ibi, et cetera.»[1] 18

LIBER TERTIUS

Explicit liber secundus. Incipit prologus libri tertii. **PR,1**

VZ,4,23,25 Postquam libro proximo posui exempla pertinentia ad *virtutem* fortitudinis, que *facit* hominem *beatum,* secundum Macrobium De sompnio Scipionis (Macr., *Comm.* 1,8,2–3; 7; 12), et omnia *fert adversa,* que sibi *acciderint,* secundum Ysidorum .X. c. *De quibusdam vocabulis hominum* (Isid., *Orig.* 10,98), et Iuvenalem .V. in fine, de fortitudine huiusmodi eloquentem: *Prebebis quandoque caput, nec* dira[2] *timebis* (Iuv. 5,172).

2 Hinc Tullius .I. Offitiorum c. Qua[3] *ex re precepit* (Cic., Off. 1,51), sic ait quod *fortis animi et constantis est non perturbari asperis* (Cic., *Off.* 1,80) vel flecti adversis; qui ideo dicuntur *fortes a ferro, quod est durum ad flectendum nec molliatur* sicut cetera metalla, unde *fortitudo* nomen accepit[a].

3 Sint constantes insuper in perceptione periculorum et perpessione laborum, ut non timeant, sed fortes existant etiam contra timorem hostium, secundum Senecam De providentia mundi (cf. Sen., *Dial.* 1,5,6–9; 6,1–6), et Apocalypsim V c. *Esto firmus in via Domini* (*immo* Vulg.,

1 *add. N*
2 dira *codd.*: dura *Iuv.*
3 qua *codd.*: una *Cic.*

Sir. 5,12); non enim debemus esse ut *arumpdo vento agitata*[b].

1,1 VZ,4,23,26 1. De excellentia urbis circa dignitatem meniorum et fidelitate consiliariorum ipsius

O nimium felix domina, aurea Roma, que sicut precellis omnes urbes dignitate *menorium,* ita predita haberis[1] *spirituali* excellentia *speculum* destructorum ab olim dicordiis civilibus et[2] *regiminibus*[3] *peregrinis* – Extra. de electione c. *Fundamenta* libro VI (immo *Sext.* 1,6,17) – et a *Gallis*[4] *nomini Romano infestis* (Sall., *Catil.* 52,24), secundum Livium .V. Ab urbe condita c. XX § *Romani ex arche plenam hostium urbem cernentes* (Liv. 5,42,3);

2 «et secundum Salustium c. *De oratione Marci Portii Catonis* § *coniuravere nobilissimi cives patriam incendere* et *Gallorum gentem infestissimam nomini Romano ad bellum arcessere* (Sall., *Catil.* 52,24). De quibus Gallis loquitur Livius .I. De bello Punico c. II, dicens quod *gens iam inde nulla Gallica gente opibus* et *fama inferior* (Liv. 21,31,5), quin ymmo infidelior, secundum Livium .X. Ab urbe condita c. V, ibi: *Galli accepta mercede pacta* ab Etruscis, ut eos sequerentur ad pugnam contra Romanos, *Galli pecuniam ingentem sine labore ac periculo retulerunt* (Liv. 10,10,7–8; 12) dicentes: *quicquid* ab eis *accepissent, acceperunt ne* Romani *agrum Etruscorum vastarent* (Liv. 10,10,9);»[5]

3 in qua quilibet[6] ingrediens ab olim mirabatur congeries saxorum ingentium compositorum artifitiosis iuncturis et ductorum libramine alternato, templorumque[7] deorum

1 haberis *conieci*: herbaris *codd.* (predita herba[*i.r.*]ris *G*)
2 {discordiis civilibus et} *G*
3 regiminibus *GN*: regnibus *O*
4 efferatis (cf. Liv. 10,10,11) *post* Gallis *add. NO*
5 *add. NO*
6 quilibet *G*: quisque *NO*
7 templorumque *GO*: templorum quoque *N*

magnitudinem, metalli nitorem, loci situm uberem, consulum Romanorum ymagines aspectu delectabiles, arcus insuper ipsorum consulum trihumphales, pulcritudinem spectaculorum ac decorem operis et alia quam plurima innumerabilia celebritate loci condigna, que non nisi summi Dei ab aspicientibus res[1] huiusmodi domicilium credebatur eternum.

Sed hodie qualis Roma fuit, ipsa *ruina docet*[a], que armorum et sapientie atque[2] meniorum decore munita suffragiis subiecit magistratui suo Galileam, Yspaniam, Phylippum regem, Darium[3] regem Persarum, Anthiocum magnum Asie, Medos et Lidos, et generaliter omnem locum habitabilem ipsorum consilio, ut in cor. Aut. *Ut omnes obediant* iudicibus[4] *provinciarum* § *plurimorum,* collatione V (*Nov.* 69, PR. [= *Auth.* 5,20]), et plenius[5] Machabeorum .I. c. VIII (cf. Vulg., I*Mcc.* 8,1–12). 4

Hoc ideo fertur contigisse Romanis, quia deliberatum in sacro consistorio Romano ita secretum retinebatur, ac si a *nemine* dictum seu *auditum* fuisset, *quod tam multorum auribus fuerat commissum* (Val. Max. 2,2,1). Propter quod Valerius .II. *De institutis antiquis* § *altum et fidum,* ibi[6] commendans Romanos consiliarios, clamans ait quod *fidum et altum erat* secretum consistorium[7] *rei publice* Romane *silentique salubritate munitum; cuius limen intrantes, abiecta privata* utilitate, ita dilectionem *publicam indue-* 5

1 res *scripsi*: rerum *codd.*
2 ab olim *post* atque *add. N*
3 Darium *scripsi*: Darie *codd.*
4 iudicibus *codd.*: praesidibus *Nov.*
5 {plenius} *G*: *om. NO*
6 {ibi} *G*: *om. NO*
7 secretum consistorium *codd.*: pectus curia *Val. Max.*

bant, ut *non* solum *unum, sed neminem audivisse crederes*[1] (Val. Max. 2,2,1);

6 et est ratio quia multa et[2] magna[3] negotia disturbantur ex revelatione secreti – a natura sumentes exemplum, que ita secrete operatur quod eius operationes nequeunt ab aliquo inpediri; et Mathei c. VI, ibi: non sentiat *sinistra quod faciat dextera tua* (Vulg., *Mt.* 6,3).

7 Concordat Valerius .VII. *De strategematibus* § *memorabilis etiam consilii,* ibi:[4] *interrogatus Quintus Metellus a quodam amicissimo sibi quid ita sparsum et incertum militie genus sequeretur, "Absiste," inquid, "istud querere, nam si huiusmodi consilii mei interiorem tunicam iam consciam esse sensero, continuo* .i. statim *eam cremari iubeo."* (Val. Max. 7,4,5). Hinc Tullius[b] De re militari prope finem dicit: *Quid vero facturus sis, tractato cum paucis et fidelissimis vel potius ipse tecum* (Veg., *Mil.* 3,26). Et est ratio quia qui secretum suum quasi in carcerem tenet inclusum,[5] sui iuris est melius eligere, quia tutius est tacere quam alium rogare ut taceat.

8 Concordat Iudith c. VIII in fine, ibi [XV]: *Stabitis vos ad portam et ego exeam; vos autem nolo scrutemini actum meum, usque dum renuntiem vobis* (Vulg., *Idt.* 8,32–33); unde Cato: *consilium archanum tacito*[6] *conmicte sodali, corporis auxilium medico conmicte fideli* (Ps.-Cato, *Dist.* 2,22).

1 crederes *correxi ex Val. Max.*: credens *codd.*
2 et *om. NO*
3 et ardua *post* magna *add. NO*
4 {ibi} *G*
5 inclusum *G*: reclusum *NO*
6 .i. secreto *post* tacito *add. N*

2. De excellentia urbis Romane circa cives 2,1

Dictum est supra proxime de excellentia urbis Rome VZ,4,23,27 quoad hedifitia.[1] Nunc in presenti capitulo intendo retexere breviter de alia excellentia urbis eiusdem, erga cives; circa quam Orosius libro VII c. II quod incipit: *Anno ab urbe condita DCCLII*[2] (Oros., *Hist.* 7,3,1), commendans Romanorum civium excellentiam dicit quod, *postquam redemptor mundi Dominus Iesus Christus venit in terris,* ex *Cesaris censu est civis Romanus ascriptus* (Oros., *Hist.* 7,3,4).

Quod autem Christus dederit tributum Cesari, probatur 2 Marci c. XII (cf. Vulg., *Mc.* 12,17), et Mathei c. XXII (cf. Vulg., *Mt.* 22,21), et XXII q. VIII *Convenior* (*Decr.* 2,23,8,21), cum § precedenti (*Decr.* 2,23,8,20), ubi Christus iussit Cesari tributum persolvere propter executionem gladii temporalis circa defensionem iustitie ac fidelium et pacem accomodam servandam in populis, secundum Ieronimum super dicto c. XXII Mathei in principio, ibi: *abeuntes Pharisei* (cf. Hieron., *Comm. in Math.,* p. 202); alias secus.

Hec est illa prima et *clarissima professio, que Cesarem* Ro- 3 manum *principem cunctorum hominum edita descriptione signavit* (Oros., *Hist.* 6,22,7) – Luce c. II, ibi: *exiit edictum a Cesare Augusto,*[3] *ut describeretur universus orbis* (Vulg., *Lc.* 2,1); *in qua* descriptione *ipse* Christus, *qui cuntos homines fecit, se invenire hominem* et *ascribi inter homines voluit, quod numquam ab exordio generis humani cuiquam* imperio, videlicet Assiriorum, Medorum, et Persarum, ac etiam *Macedonum,* nisi Romanorum dumtaxat *concessum fuit,* secundum Orosium libro VI in fine (Oros., *Hist.* 6,22,7).

1 et ad consiliarios *post* hedifitia *add. N*
2 DCCLII *correxi ex Oros.*: DCCLIoII *codd.*
3 Augusto *G*: Agusto *NO*

4 Concordat cum Ieronimo Livius .IIII. Ab urbe condita c. V in principio, titulo *De initio censure,*[1] ibi: *hic annus censure fuit initium, a parva origine rei orte, que tanto deinde incremento*[2] *aucta est, ut morum disciplineque Romanae penes eam regimen, senatui*[3] *equitumque centuriis decoris dedecorisque discrimen*[4] *sub dicione magistratus* imperatoris Romani essent. Rursus *publicorum ius privatorumque locorum, vectigalia* denique *sub nutu atque arbitrio* eius *erant* (Liv. 4,8,2).

5 Concordat Digestorum *De origine iuris* l. II § *deinde quia difficile* (*Dig.* 1,2,2,9), et § *novissime* (*Dig.* 1,2,2,11), et Institutionum *De iure naturali* § *sed quod principi* (*Inst. Iust.* 1,2,6), cum sua liga.

3,1 3. De excellentia magistratus Romanorum

VZ,4,23,28 Et est sciendum quod ab olim magistratui Romanorum obediebant omnes in omnibus que postulabantur ab eis,[5] nec ullus preter eum dyadema portabat in capite. Et est ratio quia *virtus* huismodi magistratus erat[6] *initium iustitie,* per quam *cum tranquillitate* multa[7] cuncta *iudicabat* et temperantia magna *disponebat*; quique non inmerito occasione huiusmodi dici poterat *dominator virtutis,* argumento eius quod scribitur Sapientie c. XII (Vulg., *Sap.* 12,16–18).

1 .i. tributi *post* censure *add. NO*
2 {ibi ... incremento} *G*
3 senatui *correxi ex Liv.*: senatus *codd.*
4 centuriis decoris dedecorisque discrimen *correxi ex Liv.*: centurie (censure *N*) discrimenque (discriminemque *G*) dedecoris *codd.*
5 eis *G*: eo *NO*
6 erat *G*: fuit *NO*
7 multa *om. NO*

Concordat Tullius .IIII. Rethorice nove c. *De mediocri figura,* ubi dicitur quod *omnes gentes, reges* et *nationes partim vi, partim voluntate,* et partim *liberalitate* Romanorum magistratui *consenserunt* (*Rhet. Her.* 4,13). 2

«Huius autem *magistratus vires sunt, ut presit* et *prescribat* [que][1] *recta et utilia, coniuncta cum legibus. Ut enim magistratibus leges, ita populo presunt magistratus, vere* quia *dici potest magistratum*[2] *legem esse loquentem* (Cic., *Leg.* 3,2). *Magistratibus igitur opus est, sine quorum prudentia ac diligentia civitas esse non potest, quorumque descriptione omnis rei publice moderatio detinetur* (Cic., *Leg.* 3,5), secundum Tullium .V. De legibus, quod incipit: *Sequar* (Cic., *Leg.* 3,1), et cetera.»[3]

Rursus in eadem urbe erat imperator ultor et iudex iustificator, iuxta illud Sapientie c. VIIII, ibi: *Tu* autem *elegisti me regem et iudicem filiorum et filiarum tuorum populo tuo* (Vulg., *Sap.* 9,7), qui summa infimis iura libraret. Concordat Livius .II. Ab urbe condita c. III quasi in principio, ibi: *equari summa infimis; nichil excelsum, nichil quod supra cetera emineat, in civitatibus fore; adesse finem* regiminis, *rei inter deos* .i. maiores *hominesque pulcerime*[4] (Liv. 2,9,3); 4

et eadem decada libro III § *cum promptum* (Liv. 3,34,1), ibi: *omnibus, summis infimisque,*[5] *iura equasse* (Liv. 3,34,3); et eadem decada libro X c. IIII § ultimo, ibi: *credo vinculum legis satis validum nunc* esse, ne *quisquam* – supple: maior – *servo* .i. minori vel subdito *comminetur* (Liv. 10,9,6), ne a gravamine sibi per maiorem illato liceat ap- 5

1 que *delevi* (*sed cf. Cic.,* Leg. *3,2*)
2 magistratum *correxi ex Cic.*: magistratus *N*
3 *add. N*
4 pulcerime *correxi ex Liv.*: pulcerimi *codd.*
5 Romanorum magistratus *post* infimisque *add. NO*

pellare, quin ymo licet hodie appellare, secundum Valerium .III. *De*[1] *moderatione* § I (cf. Val. Max. 4,1,1)

6 – reddens nationes singulas sibi tributarias non solum sibi regnaturo, sed cui post eum in eadem urbe regnaturus erat, *faciens* insuper *sibi curiam* .i. curam sollicitam populorum habens de cunctis, que per senatum administrabantur – Machabeorum .I. c. VIII: *nec erat inter eos invidia neque zelus* (Vulg., I*Mcc.* 8,15–16), que regna debilitant et enervant.

7 *Ortum autem est initium* huiusmodi censure sub typo consulibus Romanorum *Marci Geganii Macerini et Titi Quinti Capitolini,* antequam Christus de virgine nasceretur *in populo* universo *per annos incenso multos,* quod[2] absque multorum iactura *differri non poterat.* Et est ratio quia, *cum tot populorum bella inminerent* in orbe, necessarium erat *agere*[a] ut census et vectigalia Romanorum magistratui prestarentur, ut ex huiusmodi census et vectigalium prestatione *res saluberrima* .i. pacis tranquillitas per Romanos rerum omnium dominos occasione huiusmodi militantes in populis servaretur, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XXIIII § *censum, rem saluberrimam, instituit tanto imperio* Romano (Liv. 1,42,5);

8 unde Cassiodorus Epistula I que incipit: *Oportet,* ibi: *omni regno tranquillitas* pacis *debet desiderabilis* permanere, *in qua populi proficiunt et utilitas gentium custoditur. Hec enim est bonarum artium mater decora, hec mortalium genus successione multiplicat, facultates protendit* et *excolit mores* ac *tantarum rerum ignarus agnoscitur qui eam minime quesisse sentitur* (Cassiod., *Var.* 1,1,1).

9 De prestatione census et vettigalium notatur C. *De in-*

1 moderamine vel *post* De *add. N*
2 quod *NO*: quos *G*

dictionibus libro X (*Cod. Iust.* 10,17), et C. *De annonis et tributis* l. finali (*Cod. Iust.* 10,16,12), et l. *indictiones* (*Cod. Iust.* 10,16,3), C. *De susceptoribus* l. *modios* (*Cod. Iust.* 10,72,9), Digestorum *De muneribus et honoribus* l. *rescripto* § finali (*Dig.* 50,4,6,5), et l. finali § *matrimoniorum*[1] (*Dig.* 50,4,18;20), et in cor. Aut. *De collatoribus,* in principio (*Nov.* 128,1 [= *Auth.* 9,14]).

10 Concordat Apostolus Romanorum c. XIII, ibi: *necessario subditi estote* – supple: Cesari, principi Romanorum, terrarum orbis[2] *domino* – Digestorum *ad l. Rodiam de iactu* l. *Deprecatio* (*Dig.* 14,2,9) –, *non solum propter iram, sed propter conscientiam et ideo tributa prestatis* Cesari (Vulg., *Rm.* 13,5–6).

11 Et est ratio ne impunita licentia scelerum in evidentem humani generis pernitiem redundaret, et sic ex necessitate quadam oportuit naturam subesse iustitie et servire iudicio libertatem, a Romanis civibus in summa libertate natis – secundum Tullium c. De oratione Pro rege Deiotaro § *solus, inquam, es* tu, O *Cesar* (Cic., *Deiot.* 34) – primitus adinventam, secundum Livium .II. Ab urbe condita, in principio et c. *Libertatis autem originem,* antequam *imperium consulare factum esse* constat (Liv. 2,1,7), *fotum moderatione tranquilla imperii* consularis (Liv. 2,1,6); et eadem decada libro VII c. *De oratione Scipionis ad regem Antiochum* (cf. Liv. 37,36); et Institutionum *De libertinis,* in fine (*Inst. Iust.* 1,5,3);

12 *que libertas inter virtutem vitiumque posita, si salubri modo se temperat, laudem meretur, si quod non debuit profudit, reprehensionem* incurrit, secundum Valerium .VII. c. II in principio (Val. Max. 6,2,PR.), et eodem libro eiusdem Va-

1 matrimoniorum *codd.*: patrimoniorum *Dig.*
2 terrarum orbis *codd.*: mundi *Dig.*

lerii c. VI, ibi: *Quanta violentia fuit casus acerbi* – supple:[1] bello Punico secundo –, ut *civitas* Romana *ingenue originis capite censos milites habere* non *fastidivit* (Val. Max. 7,6,1).

4,1 4. De excellentia urbis et civium Romanorum

VZ,4,23,29 Rursus de fama et excellentia nominis et civium Romanorum decribitur plenius Actuum c. XV prope finem, ibi: *cum dies factus esset, magistratus* Phylippis, que est prima civitas partis Macedonie, *miserunt lictores dicentes: Dimittite homines illos,* videlicet Paulum et Sylam. *Nuntiavit autem custos carceris* verba hec Paulo: quia miserunt magistratus lictores ut dimittamini, nunc autem[2] *euntes ite in pace.* Respondens *autem Paulus dixit eis: Cesos nos publice homines Romanos miserunt in carcerem et nunc nos occulte eiciunt. Non ita* erit, *sed veniant* magistratus *et ipsi nos eiciant. Nuntiaverunt autem magistratibus lictores verba hec; timuerunt* magistratus valde, *audito quod Romani essent; ac venientes deprecati sunt eos et deducentes* de carcere *rogabant* eos *ut egrederentur de urbe et exeuntes de carcere introierunt Laodiam*[3] *et visis fratribus consolati sunt eos et profecti sunt* (Vulg., *Act.* 16,35–40).

2 Deinceps cum Paulus per centurionem – supple: non causa furti aut homicidii, sed pro veritate .i. Deo – *loris* [vinculis][4] teneretur *astrictus, dixit centurioni Paulus: Si hominem Romanum et indempnatum licet vobis flagellare? Quo audito, centurio accessit ad tribunum et nuntiavit dicens: Quid*

1 supple *ante* bello Punico *scripsi*: *ante* fuit casus *praebent codd.*

2 autem *G*: igitur NO

3 Laodiam *codd.*: Lydiam *Vulg.*

4 vinculis *delevi*

acturus es? Hic enim homo civis est Romanus. Accedens tribunus dixit illi: Dic mihi: civis Romanus es tu? At ille dixit: Etiam. Tunc *tribunus: Ego multa civilitate hoc consecutus sum. Protinus ergo discesserunt ab illo qui torturi eum erant. Tribunus* autem *timuit, postquam scivit quod civis Romanus esset* (Vulg., *Act.* 22,25–29).

Patet ergo Romanorum excellentia in Paulo, quem constat ex predictis fuisse civem Romanum. Concordat epistula Senece, quam Paulo transmisit, que incipit: *Ave, mi Paule, cum scias te civem esse Romanum* (Ps.-Sen., *Epist.* 12), non quantum ad habitationem murorum, sed quia pater eius vixerat more Romanorum, et ipse nichilominus iure et civilitate Romanorum mores traxit ac vitam. 3

5. De excellentia principum Romanorum 5,1

Nullus quidem *ignorat qui ystoriam* Ierosolime *eversionis perlegerit,* quomodo *Romani principes* nominentur (Greg. M., *Hom. in evang.*, col. 1294), secundum Valerium .I. *De religione* § *tantum autem studium,* ibi: *decem principum* Romanorum *filii senatus consulto singulis Etrurie populis* missi sunt causa *percipiende discipline sacrorum* (Val. Max. 1,1,1). VZ,4,23,30

Concordat Gregorius super Luca c. XIX, ubi de eversione Ierosolime[1] loquens sic ait: *quia venient dies super te et circumdabunt te inimici tui* – supple: *Romani principes* – *vallo et coangustabunt te undique et ad terram prosternent te et filios tuos qui in te sunt et non relinquent in te lapidem super lapidem* (Vulg., *Lc.* 19,43–44), quin destruatur, prout *eiusdem civitatis transmigratio attestatur. Cui*[2] *ex qua culpa* 2

1 Ierosolime *scripsi*: Ierosolima *codd.*
2 et *post* Cui *add. G*

eversionis sue pena fuerit a Romanis *illata subiungitur* (Greg. M., *Hom. in evang.*, col. 1294) dicto evangelio Luce [causa]:[1] *eo quod non cognoverit tempus visitationis sue* (Vulg., *Lc.* 19,44). Concordat Mathei c. XXIIII (cf. Vulg., Mt. 24,2).

3 Sed cum per admonitionem non posset eos ad penitentiam revocare, voluit saltem eos per quadraginta annos prodigiis exterrere, ut excusationem non haberent, intra quos ad penitentiam devenirent. Sed per inveteratam obstinationem more *Pharaonis cor* ipsorum extitit *induratum* – Exodi c. VII (Vulg., *Ex.* 7,13), nec ipsi Iudei[2] potuerunt ad penitentiam flecti – Ysaie c. XXVI (cf. Vulg., *Is.* 26).

4 Quod cum per hec prodigia Iudei non resipiscerent, tunc permissione divina Vespasianus et Titus eius filius Anastasio imperante post mortem Tiberii Cesaris cum copioso Romanorum exercitu Ierosolimam advenerunt, et in die sancto Pascatis per circuitum potenter obsederunt eandem ibique infinitam multitudinem Iudeorum, que ad diem festum convenerant, incluserunt. Per aliquod ante tempus antequam Vespacianus Ierosolimam adveniret, fideles qui ibi erant spiritu sancto admonentur ut ab ea recederent, ut inde amotis sanctis viris celesti vindicte fieret locus, tam de gente sacrilega quam de populo scelerato.

5 Et dicto imperatore mortuo, *exercitus* populi Romani eundem *Vespasianum* fecerunt *imperatorem,* secundum Eusebium Cesariensem in Cronica sua (Euseb.-Hieron., *Chron.* p. 186), dicta *cronica* quasi *temporum series, qualem*

1 causa *delevi*

2 ipsi Iudei *ante* potuerunt *scripsi*: *ante* per inveteratam *praebent codd.*

apud Grecos idem *Eusebius edidit et Ieronimus in Latinam linguam convertit. Cronos Grece Latine tempus interpretatur* [XVI], secundum Ysidorum libro VII c. *De vocabulo cronice* (Isid., *Orig.* 5,28). Concordat Canon XCIII di. c. *Legimus,* ubi cavetur expresse quod *exercitus* populi Romani *facit imperatorem* (*Decr.* 1,93,24,1).

Cronice vero Romane dicunt quod mortuo imperatore exercitus populi Romani solus eligit et coronat[1] imperatorem, sicut patet in Vespaciano predicto, qui ab exercitu populi Romani in obsedione Ierosolime civitatis fuit imperator electus.[2] Postea profectus est Romam, relicto ibidem filio suo Tito. Patet etiam in Aurelio, qui senatus et militum voluntate anno Nativitatis Dominice CCXXIIII fuit factus imperator. Interdum sola senatorum autoritate sine militum et Romani populi voluntate[3] quis ad Romanum accessit imperium, sicut patet in Maximiano imperatore, a senatu solo imperatore creato. Nam antiquo tempore soli nobiles Romani rem publicam spiritualiter et temporaliter gubernabant, sicut describit Valerius .I. *De religione* dicto[4] § *tantum* (Val. Max. 1,1,1). 6

Patet insuper in Galieno Cesare anno ab Incarnatione Domini CCLVII. Deinceps Claudius imperator a militibus est electus et a senatu appellatus Augustus, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XII § *cum sensissent* (Liv. 1,17,8), ibi: *Quirites, regem create* (Liv. 1,17,10); «et eadem decada libro V c. XXII, prope finem, ibi: *militesque haberent imperatorem quem vellent* (Liv. 5, 46,10);»[5] *ita* a *patribus* .i. 7

1 eligit et coronat *scripsi*: eligunt et coronant *codd.*
2 et coronatus *post* electus *add. NO*
3 {voluntate} *G*
4 dicto *om. NO*
5 *add. N*

senatoribus iussum[1] *est. Patres deinde, si dignus secundus a Romulo* nominetur .i. eligatur,[2] *auttores*[3] *fierent* (Liv. 1,17,10), et cetera, et dic ut ibi. «Concordat supra eodem libro I c. VI, ibi: *ad unum omnes* senatores et cives Romani *Numme regnum* Romanum dederunt vel *decreverunt*[4] (Liv. 1,18,5)»[5]

8 In quorum patrum .i. senatorum loco de iure hodie papa Romanus successit, ut, si dignus reperiatur imperator electus,[6] confirmabit eundem, alias secus, ut prefertur. Patet etiam ex predictis quod electores imperii Romani habent eligendi potestatem a papa dignum eligere et non ab alio. Hoc idem notatur per Archidiaconum in Decretis, XCIII di. *Legimus* (Archidiaconus ad *Decr.* 1,93,24), ubi notatur expresse quod *quousque* imperator per sedem apostolicam *fuerit approbatus,* non est legittimus imperator nec potest administrare *ea que* spectant ad *iurisdictionem contentiosam,* sed sola *ea que sunt voluntarie iurisdictionis*; *nec dicitur imperator, nisi corona suscepta* (Durandus, *Spec.* fol. 137v) – *Digestorum De re iudicata* l. penultima (*Dig.* 42,1,63). *De hac materia notatur in Speculo* sub rubrica *De rescriptis* (Durandus, *Spec.* fol. 137v), et C. *De feriis,* l. ultima (*Cod. Iust.* 3,12,9). Et si quis aliorum cesarum nomina scire desiderat, qui fuerunt a Romanis militibus imperatores electi, legat cronicas Romanas; ibi inveniet cesares nominatim expressos, per Romanos milites imperatores assumptos.

9 Valerius .II. *De disciplina militari* § *Lutius Martius tribunus militum,* tenet expresse contrarium, dicens quod *du-*

1 .i. approbatum *post* iussum *add. NO*
2 supple: a populo Romano *post* eligatur *add. N*
3 .i. approbatores *post* auttores *add. NO*
4 decreverunt *scripsi*: decernerunt *N* (decernunt *Liv.*)
5 *add. N*
6 approbabit et *post* electus *add. NO*

ces[1] *solent creari non a militibus,* sed *a populo* Romano (Val. Max. 2,7,15), «a quibus cesares primo Rome creati sunt, secundum Valerium in prohemio, ibi: *deos accepimus* a civitatibus devictis, sed *cesares dedimus* (Val. Max. 1,PR.) – supple: mundo, ut essent domini mundi –,»[2] et ideo ipse Lucius *dux creatus suffragio* militum sine populo fuit a patribus a ducatu revocatus, sicut aperte cavetur ibidem (Val. Max. 2,7,15).

10 Que omnia Iosephus princeps et dux Iudee nomine Ionapara Vespasiano predixit tam de morte huiusmodi Anastasii quam de sublimitate sua ad imperium[a]. Reliquid autem Vespasianus post assumptionem Romani imperii Titum filium suum in obsidione Ierosolime[3] anno ab urbe condita DCCCXX, qui Ierosolimam civitatem et *templum incendit, diruit* et subvertit. *Quod templum a die conditionis prime usque ad diem eversionis ultime manserat annis mille centum et duobus. Muros* dicte *urbis solo adequavit* VIII die mensis Settembris. *Sexcenta milia Iudeorum eo bello interfecta* [XVII] *Cornelius et Suetonius referunt. Iosephus vero* hystoriographus Iudeorum, *qui tunc eidem bello prefuit, scribit undecies centena milia* Iudeorum eo bello *gladio et fame perisse. Iure enim idem honor ultioni passionis* Christi *inpensus est, qui etiam* eius *nativitati fuerat attributus,* secundum Orosium libro VII c. VII (Oros., *Hist.* 7,9,6–7; 9).

11 *Ceteros vero latrones, sicarios* et *predones* Iudeos *post urbis excidium declarat* Iosephus *mutuis interisse vulneribus. Electos autem iuvenum* Iudeorum, *quos decor et proceritas corporis commendabat, ad trihumphum dicit esse servatos* et

1 .i. imperatores *post* duces *add. NO*
2 *add. N*
3 Ierosolime *scripsi*: Ierosolima *codd.*

ad urbem transductos, *reliquos autem, qui supra decem et septem annos agebant etatis, vinctos ad opera Egypti per metalla* designatos et ‹*per*›[1] alias certas *provincias esse dispersos, alii quidem ut ludis gladiatoriis,*[2] *alii ut* ad *bestias traderentur. Si qui vero intra septimum*[3] *et*[4] *decimum etatis reperti sunt annum, per diversas provincias in servitutem distrahi iussi sunt; quorum numerus usque ad nonaginta* septem *milia perductus est. Hec*[5] *omnia gesta sunt secundo anno imperii Vespasiani* Cesaris *iuxta ea que ipse Dominus noster Iesus Christus predixerat* de Ierosolima[b].

6,1 VZ,4,23,31 6. De legatis missis a Pilato preside Romanorum ad Tiberium Cesarem et proconsolatu Vespasiani et convalescentia ipsius

Quidam Romanorum preses nomine *Pilatus, videns* quod ipse *condempnaverat* ad mortem *Iesum Christum innocentem, timens* occasione huiusmodi a *Tiberio* imperatore Romano puniri, ad *excusationem* sui misit Romam quendam suum *nuntium nomine Albanum ad Cesarem* supra dictum. *Eo autem tempore Vespacianus* habebat principatum proconsulatus[6] *in Galatia a Tiberio Cesare.*[7] *Nuntius igitur Pylati,* antequam Romam accederet, *a ventis contrariis* trahitur *in Galatiam,* deinde *ducitur ad Vespacianum*: in qua Galatia *talis* ritus *consuetudinis servabatur,* quod *qui-*

1 per *supplevi ex Euseb.-Rufin.*

2 gladiatoriis *correxi ex Euseb.-Rufin.*: gladiatoribus *codd.*

3 septimum *G*: septennium *N*: septinium *O*

4 et *correxi ex Euseb.-Rufin*: vel *codd.*

5 autem *post* Hec *add. N*

6 habebat principatum proconsulatus *codd.*: tenebat monarchiam *Jac. de Vor.*

7 qui interpretatur posessor principatus vel possidens princeps *post* Cesare *add. N*

cumque ibidem naufragium pateretur, rebus et servitute principi Galatie *subderetur. Quem Vespasianus* curiose *quis esset aut unde veniret seu quo tenderet* summa cum diligentia *exquisivit.*

Tunc *ille* ait: *Ierosolimitanus sum; de partibus illis* versus *Romam usque* ad Tiberium Cesarem[1] *tendebam. Cui Vespasianus: De terra* orientali *sapientum venis, artem noscis*[2] *medicaminis, medicus es, curare me debes. Vespacianus enim quoddam genus vermium naribus* suis *insitum ab infantia* sua *gerebat, unde et a vespis Vespacianus dicebatur. Cui vir ille respondit: Artem medicaminis nescio et ideo te curare non* possum. *Cui Vespacianus: Nisi me* confestim *curaveris, morte morieris. Cui ille* attonitus atque tremens factus *ait: Ille qui cecos illuminavit* et *demones effugavit, mortuos suscitavit, novit quia artem medendi ignoro.* 2

Cui Vespatianus: Quis est iste[3] *de quo tanta prefaris? Et ille* respondens ait: *Iesus Nazarenus, quem Iudei per invidiam occiderunt; in quem si* mente devota *credideris, sanitatis gratiam consequeris.* Tunc *Vespatianus* ait: *Credo quod qui mortuos suscitavit, me etiam de hac infirmitate poterit liberare.* Et *hec dicente vespe* continuo *de* eius *naribus ceciderunt, et* statim *sanitatem recepit. Tunc Vespatianus ingenti gaudio ait: Certus sum quia filius Dei fuit* iste; *dictoque Albano nuntio Pilati* ob hoc liberam *licentiam* tribuit, ut[4] *rebus et vita sanus, incolumis* suam legationem perficeret aut *domum* propriam *reverteretur.* 3

1 [ad *O*] Tyberium Cesarem *om. G*
2 noscis *G*: scis *NO*
3 est iste *NO*: esset *G*
4 ut *NO*: et *G*

7,1 VZ,4,23,33 7. De licentia obtenta per Vespatianum a Tiberio Cesare Romanorum destruendi Ierosolimam civitatem[1]

Vespatianus autem occasione huiusmodi ovanter *Romam* rediens *destruendi Iudeam et Ierosolimam* civitatem *a Tiberio Cesare* summa cum instantia *licentiam impetravit. Per annos itaque plures*[2] cum gaudio *exercitum congregans* ipsam civitatem *potenter obsedit:*[a] in qua degebat *quedam mulier facultatibus et genere nobilis nomine Maria,* cui *erat parvulus filius,* quem *ante oculos* statuens, dum *dira* ei *fames*[3] *insisteret,* infelix mater *pessimis usa* consiliis *contra iura nature* sic ait: O *infelix mater, infelicior fili, in bello, fame* ac inductione[4] *predonum cui te reservabo? Nam etsi possem vitam* tui *sperare, iugum* tamen *servitutis* removere nequirem. Speraveram enim, si adolevisses, quod me matrem pasceres infelicem aut defunctam sepelires pie et si me obitu prevenires, ego pretiosis meis manibus te[5] includerem monumento. Quid agam, misera? Vivendi tibi aut mihi nullum subsidium restat, quia omnia sunt nobis erepta. *Veni ergo nunc, o* fili[6] *mi, esto matri* tue *cibus, predonibus furor, seculis fabula, que sola deerat cladibus Iudeorum.*

2 *Et cum hoc dixisset,* crudeli gladio *filium iugulavit* propter unius hore execrabilem cibum. *Tunc* demum *igni suppositum medium quidem* decoxit et iam assatum famelica lingua *consumit* et *medium servat obtectum. Et ecce confestim predones irruerunt, combuste carnis* odore[7] *percepto,* et

1 et gentem Iudeorum *post* civitatem *add. N*
2 plures *GO*: plurimos *N*
3 fames *scripsi*: famis *codd.*
4 inductione *G*: ductione *NO*
5 te *om. G*
6 fili *codd.*: nate *Euseb.-Rufin.*
7 odore *codd.*: nidore *Euseb.-Rufin.*

mortem mulieri *minantur,* si *sine mora cibos quos paratos persenserant* non *monstraret. Tunc illa* truculento et austero vultu *et ipsis predonibus* asperior ait: *Partem vobis optimam reservavi; et continuo que superfuerant menbra detexit infantis. At illos repente ingens horror invasit et vox* ipsorum *est faucibus interclusa. Illa vero* crudeli facie predonibus sic alloquitur: *Meus* est *hic filius, meus est* hic *partus et meum facinus.* Si vultis, *edite, nam ego prior comedi. Nolite* vos *effici matre religiosiores*[1] *aut femina molliores.* Et *si pietas vos vincit et meos execramini cibos, ego, que iam talibus pasta sum, hiis iterum pascar,* nulla humanitatis abhominatione scomacando cibum quem naturaliter palatus aspernatur humanus. *Post hec illi territi trementesque discedunt qui hunc solum ex omnibus facultatibus misere matri reliquerunt*[2] *cibum,* secundum Iosephum[3] c. *De bello inter Romanos et Iudeos* (*immo* Euseb.-Rufin., *Hist. eccl.* 3,6,21–27)[b],

3

et rursus Luce c. XXI: *cum videritis circumdari Ierosolimam ab exercitu* .s. Romano, *scitote quia appropinquabit desolatio eius. Tunc* hii *qui in Iudea sunt, fugiant in montes et qui in medio eius* manent, *discedant et qui in regionibus* degunt, *non intrent in ea, quia dies ultionis hii sunt, ut inpleantur omnia que scripta sunt* de eversione Ierosolime. *Ve autem pregnantibus et nutrientibus in illis diebus* (Vulg., *Lc.* 21,20–23). *Apparent nunc sermones Salvatoris nostri cum* Iosephi[4] *relatione de bello quod gestum est atque excidio civitatis,* secundum Eusebium episcopum Cesariensem libro III c. VII (Euseb.-Rufin., *Hist. eccl.* 3,7,6). Consumatum est

1 religiosiores *scripsi*: religiosores *codd.*
2 reliquerunt *scripsi*: relinquerunt *GN*: relinquerent *O*
3 Iosephum *scripsi*: Iosophum *codd.*
et Egisippum *post* Iosephum *add. NO*
4 Iosephi *scripsi*: Iosophi *codd.*

bellum huiusmodi Iudaicum annis quattuor inter Romanos principes et Iudeos perfidos et crudeles.

8,1 VZ,4,24,1 8. De causis quibus gens Iudaica de regno suo pulsa est et dispersa per terras

Quare Iudaica *gens* de *regno suo pulsa est et dispersa per terras* (Aug., *Serm.*, PL. 38, col. 1032)? Ad nichil aliud nisi quod culpa et perfidia crudelitatis sue, quibus tanta erat anxietas Christum occidendi, quod antequam eis[1] filii nascerentur, occiderunt eum[2], dicentes Pilato presidi Romanorum volenti Christum dimittere: *Sanguis ipsius,* qui se filium Dei dicit, sit *super nos et super filios nostros* – Mathei c. XXVII (Vulg., *Mt.* 27,25); et *ut eius fidei, cuius* ipsa *est inimica* et odiosa, semper *ubique* terrarum *testis fieri cogeretur. Perdito quippe templo, sacrifitio ipsorumque regno* (Aug., *Serm.,* PL. 38, col. 1032) – Osee prophete c. III, ubi dicitur: *Sedebunt filii Israhel* – supple: post mortem Christi – *sine rege, sine principe, sine sacrifitio, sine altari,* sine sacerdotio, et cetera (Vulg., *Os.* 3,4).

2 Que omnia quisnam sit ille qui non cognoscat aperte catholicus in ipsis *esse completa,* secundum Ysidorum Sententiarum super Genesi, ultimo (Isid., *Sent.* col. 577–578)? *In paucis veteribus sacramentis nomen genusque* suum *custodiunt* et est ratio *ne* ipsi Iudei *permixti gentibus sine discretione* perirent *et* perderent *testimonium veritatis* (Aug., *Serm.* PL. 38, col. 1032); quique Iudei *non debent cogi ad fidem* Christianam servandam, sed *sunt arbitrio* proprio[3] *relinquendi, et in hac vocatione sola Dei gratia valet* – XLV di. *De Iudeis* (*Decr.* 1,45,5). *Tamen papa potest* eis *mandare quod* ipsi *admittant predicatores evangelii in*

1 eis *codd.*: ei [sc. Christo] *fortasse scribendum est*
2 eum [sc. Christum] *scripsi*: eos *codd.*
3 proprio *codd.*: libero *Innoc.*

terris iurisdictionis ipsorum; et ita notat Innocentius super c. *Quod* – Extra. *de voto et voti redemptione* (Innocentius IV ad *Decretal. Gregor. IX,3,34,8* [fol. 430v]).

3 Et *ideo Deus* huiusmodi *Iudeos penitus non* exterminavit *de terris, ne obliviscerentur legis ipsius, quam legendo* reminiscant *ut sibi sumant iudicium* dampnationis eterne Christicolis, quia *prebeant testimonium* veritatis, secundum Augustinum sermonibus Epyphanie (Aug., *Serm.* PL. 38, col. 1033).

9,1 VZ,4,24,3

9. De principatu et gravitate principum Romanorum laycorum

Romani ideo principes dicuntur et graves, quia virtute constantie et firmitatis censentur bases et capita prima omnium populorum, sustentantes ipsorum consiliis singulas nationes, secundum Valerium .II. *De institutis antiquis* § *magistratus vero prisci quantopere suam populique Romani maiestatem retinentes se gesserint, agnosci potest quod inter cetera indicia optinende gravitatis* (Val. Max. 2,2,2), et cetera; et Virgilium .I. Eneidorum: *Romanos rerum dominos gentemque togatam* .i. pacificam (Verg., *Aen.*, 1,282).

2 Et propterea Romani principes vulgari sermone arcutrabia nominantur, quia supereminent nationibus universis et ante omnes honore debito antecedunt, quasi domorum trabia seu tigna que parietes domorum precedunt,[1] et[2] ipsi tamquam domini omnium rerum cunctos alios homines dignitate precelsos moribus et gravitate precedunt, secundum Ysidorum .X. c. *De regibus et militie vocabulis* (cf. Isid., *Orig.* 9,2,105).

1 precedunt *NO*: precellunt *G*
2 ideo *post* et *add. G*

3 *Romani* enim interpretantur *sublimes sive tonantes*[a], quia ipsi cunctis gentibus principabantur et sublimiores erant ac populis omnibus intonabant precepta publica et sicut tonitruus incutiebant omnibus timorem – Ecclesiastici c. XLIII, ibi: *vox tonitrui eius* .i. comminatio Romanorum *verberabat terram* (Vulg., *Sir.* 43,18); et Psalmi: *a voce tonitrui tui formidabunt* (Vulg., *Ps.* 103,7) – supple: populi universi –. Et propterea Apostolus ob honorem civitatis in qua primatum totius ecclesie voluit esse Deus statuit primo Romanis rescribere[b]. Et est ratio quia Romani nulla signa virtutum videntes nec aliquem apostolorum susceperunt fidem, nondum eis expositum misterium fidei et trinitatis.[1] *Quam Romam*[2] *propter eximiam* eius *virtutem plerique*[3] *scriptorum quasi solam esse urbem appellarunt,* secundum Ambrosium et Ieronimum (*immo* Beda, *Nom.*, l. 238–240)[c].

4 Qui quanto ceteris preponebantur dignitatibus et honore ac fama, tanto peramplius pro iustitia et quiete que precedebat eos semper servandis in populis universis armorum exercitiis gravabantur, secundum Ieronimum super Matheo c. XXII in principio[d], propter que *Romani* non solum principes dicebantur, sed *graves* (Hug. fol. 82v) .i. firmi et constantes; qui ideo graves dicuntur, quia gravitas debet esse in principe, cuius autoritas significat gravitatem .i. granditatem de natura ipsorum. Nam quod *grande* est, *firmum* et *autenticum* ac *venerabile* est (Hug. fol. 90v), ut imperialis maiestas .i. maior terrena potestas sub qua singule potestates terrene sub Romano-

1 trinitatis *GN*: eternitatis *O*
2 Quam Romam *scripsi*: Que Roma *GN*: Quem Roma *O*
3 plerique *correxi ex Beda*: populique *codd.*

rum principe manent, secundum Leonem papam sermonibus principis apostolorum (cf. Leo M., *Serm.* 69,1–2).

Unde Plutarcus De re publica Romanorum et ipsorum magistratu loquens sic ait quod *res publica* Romana[1] *est corpus quoddam quod divini muneris benefitio animatur et regitur moderatione rationis; in* quo *princeps* qui ipsius *capitis locum optinet subiectus* est *Deo et ei qui vicem illius agit in terris.* Et est ratio quia qui *vicem in corpore rei publice optinet, cultum* Dei et *religionis instituit et informat* (Ps.-Plut., *Institutio Traiani* 2)[e], et de isto corpore habetur Regum .I. c. X, ibi: *cum esset parvulus in oculis tuis, factus est caput in tribus Israhel, ait Samuel* ad Saul (Vulg., 1*Sm.* 15,17). 5

Unde terrena potestas caput habet imperatorem, cuius terrene potestatis *imperator* quibuslibet[2] electus canonice et approbatus a papa dicitur esse *deus terrenus,* secundum Eutropium in fine suarum Hystoriarum (Paul. Diac., *Hist. Rom.* 11,15). Qui postquam veri *augusti nomen accipit, tamquam presenti et corporali deo* a cuntis nationibus terrenis *fidelis est prestanda devotio* et *pervigil famulatus,* secundum Vegetium .II. c. V in fine (Veg., *Mil.* 2,5). Unde Policratus .IIII. c. I: *princeps* Romanus[3] *est potestas publica et in terris*[4] *quedam maiestatis ymago*[5] (Ioann. Saresb., *Policr.* 4,1 [p. 235–236]). Non inmerito huic capiti singule potestates terrene tamquam cultori proprio *menbra* cetera 6

1 {et ipsorum ... Romana} *G*
2 quibuslibet *G*: quislibet *NO*
3 princeps Romanus *N*: principes Romani *G*: princes Romani *O*
4 {deus terrenus et} *post* terris *add. G* (cf. maiestatis] divinae maiestatis *Ioann. Saresb.*)
5 {secundum Eutropium} *post* ymago *add. G*

famulantur servili gestamine, secundum Ambrosium in quadam sua omelia (*immo* Aug., *Contra Iul.,* col. 796).

7 Vel aliter Romani dicuntur ideo *graves pro consilio et constantia, quia non* facili *motu dissiliunt sed fixa constantie* voluntate *consistunt* (Hug. fol. 90v), secundum Ysidorum .X. c. *De quibusdam vocabulis gentium* (cf. Isid., *Orig.* 9,2,105); et plenius per Valerium .III. c. *De constantia,* usque ad § *quam plurima huiusmodi note Romana exempla superant* (Val. Max. 3,8, ext. 1). Concordat Ugutio c. *Grandis* (Hug. fol. 82r) et c. *Gala* (Hug. fol. 90v).

8 Sunt rursus Romani aspectu venerabiles et hostibus novitate rei et magnificentia cultus formidabiles, secundum Valerium .III. c. *De fortitudine* § *magnum fortitudinis exemplum* (Val. Max. 3,2,7). Concordat Livius .II. Ab urbe condita c. III § *cum Cornelius Mucius* (Liv. 2,12,2), ibi: *vadentem* Mutium ‹*qua*›[1] *per trepidam* hostium *turbam cruento mucrone sibi ipse fecerat viam* (Liv. 2,12,8), et dic ut ibi.

10,1 VZ,4,24,4 10. De excellentiori principatu et gravitate regalis sacerdotii Romanorum[2] et aliorum prelatorum ac[3] clericorum Romanorum

Dictum est supra capitulis precedentibus de excellentiis et gravitate Romanorum laycorum.[4] Nunc in parte presenti intendo depromere de excellentiori regimine regalis sacerdotii Romanorum ac gravitate ipsius Romanis clericis attributa circa[5] electionem summi pontificis, epi-

1 qua *supplevi ex Liv.*
2 Romanorum *om. G*
3 aliorum prelatorum ac *G*: cardinalium *NO*
4 circa electionem imperatoris, principis Romanorum *post* laycorum *add. NO*
5 obsequium et *post* circa *add. NO*

scopi Romani, qui est cephas .i. caput omnium ecclesiarum et prelatorum et cuntarum que[1] sub celo sunt et permanent creature – Ephesiorum c. I (cf. Vulg., *Eph.* 1), et transumptive scribitur[2] XXII di. c. II iuxta finem (cf. *Decr.* 1,22,2).

«Circa quam sciendum est quod sicut *primo summo pontifici .i. Christo in triumphali ecclesia tres ierarchie angelorum obsecuntur,* ita *in militanti ecclesia circa vicarios* Christi *sunt tria genera cardinalium obsequentium instituta. De ipsis* ergo cardinalibus *quot sunt et qui sunt et ad quid fuerunt in principio* a sanctis patribus instituti et ordinati *est breviter premictendum.*[3] *Numerus* quoque *ipsorum primordialis est* quinquaginta duorum[4] *qui in tria genera distinguuntur,* quorum *quidam ipsorum sunt pape assidentes*[5] *ut episcopi, quidam* alii sunt ‹*assistentes ut*›[6] *presbyteri* et *quidam* alii sunt ‹*insistentes ut*›[7] *dyaconi. Episcopi enim in sollempnitatibus sunt domini pape assessores, unde ipsi soli inter cardinales cathedris utuntur. Presbyterorum vero cardinalium quilibet* ebdomadam[8] *suam servans in missis et horis assistit domino pape; dyaconi vero cardinales insistunt ministeriis. Ipsi enim* dyacones *papam induunt eundemque sustentantes deducunt et ei circa altare deserviunt.* 2

Sunt autem episcopi numero sex[9] *secundum primitivam institutionem, videlicet Ostiensis qui propter pape consecrationem dignior est aliis et pallio utitur, episcopus Portuensis* et[10] *Sancte Rufine, episcopus Albanensis, episcopus Sabinensis, episcopus Tusculanus* et *episcopus Penestrinus. Et hii* sex tantum *episcopi tamquam vicarii domini* 3

1 cuntarum que *scripsi*: cuntorum qui *codd.*
2 {et cuntarum ... scribitur} *G*
3 premictendum *correxi ex Martin. Pol.*: permictendum *codd.*
4 quinquaginta duorum *codd.* (*vide app. crit. ad Polist. 3,10,3; 5*): 51 *Martin. Pol.*
5 assidentes *correxi ex Martin. Pol.*: assistentes *codd.*
6 assistentes ut *supplevi ex Martin. Pol.*: *om. codd.*
7 insistentes ut *supplevi ex Martin. Pol.*: *om. codd.*
8 ebdomadam *codd.*: septimanam *Martin. Pol.*
9 sex *codd.*: 7 *Martin. Pol.*
10 et *codd.*: episcopus *Martin. Pol.*

pape in dominicis diebus et festis et precipuis sollempnitatibus in altari Sancti Salvatoris Lateranensis debent deservire domino pape.

4 *Presbyteri* vero[1] *cardinales sunt numero XXVIII qui divisi per numerum septenarium* in *residuis IIII patriarchalibus ecclesiis* urbis Rome debent domino pape deservire *ad celebrandum. Istorum* XXVIII presbyterorum *septem sunt* ascripti[2] ad *ecclesiam Sancti Petri, videlicet cardinalis Sancte Marie Transtiberim, Sancte Anastasie, Sancti Laurentii in Damaso, Sancti Marci, Sancti Martini in Montibus, Sancti Crisoconi, Sancte Cecilie* in Transtiberim. *Isti sunt alii septem* ascripti ad ecclesiam Sancti Pauli *qui debent in maiori altari* domino pape *deservire, videlicet cardinalis Sancte Sabine, Sancte Prisce, Sancte Balbine, Sanctorum Nerei et Archilei, Sancti Sixti, Sancti Marcelli, Sancte Susanne.*

5 *Isti sunt VII* presbyteri *cardinales* intitulati et ascripti ad ecclesiam *Sancti Laurentii* extra Muros, videlicet cardinalis *Sancti Laurentii in Lucina, Sancte Crucis in Ierusalem, Sancti Stephani in Celio monte, Sanctorum Johannis et Pauli, Sanctorum IIII Coronatorum, Sancte Presedis, Sancti Petri ad Vincula. Isti sunt VII presbyteri* cardinales titulati ad ecclesiam *Sancte Marie Maioris, videlicet cardinalis* Basilice XII[3] *Apostolorum, Sancti Ciriaci in Termis, Sancti Eusebii, Sancte Potentiane, Sancti Vitalis, Sanctorum Marcellini et Petri, Sancti Clementis. Dyaconi vero cardinales ad ministerium domini pape deputati sunt* XVI,[4] *videlicet* cardinalis *Sancte Marie in Dominica – et ille est archidyaconus* omnium *aliorum* –, *Sancte Lucie in* Orto[5] *Palatii iuxta Septisolium, Sancte Marie Nove, Sanctorum Cosme et Damiani Palatii, Sancti Georgii* ad Velum Aureum *Palatii,*[6] *Sancte Marie in* Cosmedin,[7] *Sancte Marie in Porticu, Sancti Nicolay in Carcere* Tuliano, *Sancti Eustachii, Sancte Marie in Aquiro,* Sancti Theodori[8], *Sancte Marie in Via Lata, Sancte Agathe,*

1 domini *post* vero *add. O*
2 ascripti *codd.*: intitulati *Martin. Pol.*
3 Basilice XII *codd.*: Sanctorum *Martin. Pol.*
4 XVI *correxi ex Martin. Pol.*: XVIII *codd.*
5 Orto *codd.*: Circo *Martin. Pol.*
6 Palatii *correxi ex Martin. Pol.*: Palatium *codd.*
7 Cosmedin *codd.*: schola Greca *Martin. Pol.*
8 Sancti Theodori *codd.*: Sancti Angeli *Martin. Pol.*

Sancte Lucie in Capite Subure vel inter ymagines, *Sancti Andriani,* Sanctorum Sergii et Bacchi,[1] [Sancte Marie in Cosmedin][2] (Martin. Pol., *Chron.,* p. 407)»[3]

Et est sciendum quod mortuo presule apostolice sedis episcopi [presbyteri et dyacones][4] cardinales sancte et universalis ecclesie Romane, per sanctos Romanos pontifices ordinati canonice,[5] videlicet Ostiensis, Albanensis, Portuensis, Sabinensis, Tusculanus et Penestrinus[6] [qui[7] episcopi][8] post papam totius ecclesie onera ferre debent et oves languidas et populi peccata super ipsorum humeris portare tenentur. Et est ratio quia episcopalis dignitas onus significat propter humerale quo humera onerantur et honorantur ipsorum,[9] et ponitur supra episcopi collum, diaconibus ponitur supra humeros. 6

Alii sunt presbyteri sacerdotes, sacrum dantes populo, et sacrifitium Deo offerunt, nam presbyter Grece Latine senior dicitur, non propter senectutem sed propter dignitatem. Sunt enim[10] assumpti ad servitium altaris a sanctis pontificibus Romanis; qui XXVIII numero complectuntur,[11] titulatis dumtaxat ecclesiis .i. baptismalibus urbis eiusdem singulariter traditi. Et hii soli presbyteri dicun- 7

1 Sanctorum Sergii et Bacchi *codd.*: Sancti Quirici *Martin. Pol.*

2 Sancte Marie in Cosmedin *delevi*

3 *add. NO*

4 presbyteri et dyaconi *delevi*

5 {canonice} *G*

6 Et est sciendum ... Penestrinus *om. NO*

7 cardinales *post* qui *add. NO*

8 qui episcopi *delevi*

9 {ipsorum} *G*: *om. NO*

10 enim *G*: autem *NO*

11 qui ... complectuntur *G*: ut supra prefertur *N*: ut prefertur supra *O*

tur proprie in eadem urbe habere titulum .i. ecclesiam baptismalem.

8 Reliqui cardinalium sunt diacones, dictorum cardinalium presbyterorum ministri, qui electi sunt et assumpti ad servitium altaris a sanctis pontificibus Romanis in obsequium sacerdotum eorundem, diaconalibus ecclesiis urbis eiusdem per Damasum natione Yspanum papam et episcopum Romanum canonice deputati. Et tales diacones non scribunt se cum titulo, et est ratio quia ipsorum diaconorum ecclesie que XVIII numero continentur non habent baptismum, sicut presbyterales, ubi pueri baptizentur.

9 Et quamvis parrochiani pueri in dyaconalibus ecclesiis baptizentur, non censentur propterea ecclesie huiusmodi baptismales, quia ad hoc, ut ecclesia baptismalis dicatur, requiruntur duo, videlicet ut pueri baptizentur ibidem et in eadem Spiritus Sancti dona conferantur eisdem. Quibus battizatis et in vertice crismate sancto unctis,[1] quadragesimali tempore in dictis presbyteralibus dumtaxat ecclesiis per VII dies continuos dantur VII dona Spiritus Sancti, que Romano more scrutinia nominantur [et],[2] a sanctis patribus Romanis pontificibus ordinata, quia sicut scuta[3] tela excutiunt in bellis ab homine, sic huiusmodi scrutinia excutiunt a baptizato omnem spiritum immundum virtute Spiritus Sancti invitati, ut veniat defendere baptizatum et in eo, quem sanctificavit unda baptismatis et ab originali peccato purgavit, habitare dignetur.

10 Que septem dona describuntur Ysaie c. XI in principio,

1 et ... unctis *om. NO*

2 et *delevi*

3 quia sicut scuta *NO*: quia ipsa scrutinia velut scuta que *G*

ibi: *Et requiescet super eum* .s. baptizatum *spiritus Domini sapientie et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientie et pietatis. Et replevit eum spiritus timoris Domini* (Vulg., *Is.* 11,2–3), qui non datur a sacerdotibus sed offitio sacerdotum in honore et sanctificatione Spiritus Sancti, neque ab alio quovis episcopo datur, nisi a Patre et Filio dumtaxat, a quibus substantialiter procedit per verba que dicuntur in nomine suo.

11 Et est sciendum quod in ecclesia sancta Dei, que de latere Christi processit in ligno sancte crucis, est plena remissio peccatorum, primum propter baptismum, secundo propter[1] martirium, tertio propter[2] confessionem que est secunda tabula post naufragium[a], «de qua Job c. VII, ibi: *Non parcam ori meo, sed loquar in tribulatione spiritus mei* (Vulg., *Iob* 7,11), et Terrenorum .II.: *effunde sicut aqua cor tuum in conspectu Domini* (Vulg., *Lam.* 2,19);»[3] quarto per elymosinam – Danielis .III., ibi: *peccata tua helemosinis redime* (Vulg., *Dn.* 4,24), et quinto per orationem, circa quam Bernardus in sermone de quadragesima dicit: *nemo vestrum parvipendat orationem suam. Dico enim vobis quod ipse ad*[4] *quem oramus non parvipendit eam. Priusquam egressa fuerit ab ore nostro, ipse* enim *scribi iubet*[5] *in libro suo, et unum e duobus indubitanter sperare possumus, quoniam aut dabit quod petimus aut quod nobis novit utilius. Nos enim quid oremus sicut oportet nescimus, sed miseretur ille super ignorantia nostra*[6] *et orationem benigne suscipiens quod nobis aut omnino non est*

1 propter *G*: per *NO*
2 propter *G*: per *NO*
3 *add. N*
4 ad *O*: apud *GN*
5 iubet *GN*: vult *O*
6 ignorantia nostra *N (Bernardus)*: ignorantiam nostram *GO*

utile aut non tam cito dare necesse est minime tribuit; omnino[1] *tamen infructuosa non erit* (Bernard., *Quadr.* 5,5).

12 Quandoquidem tanta super te cura est Deo tuo, ut quotiens ignorans queris quod tibi inutile[2] est, non te audiet super hoc, sed mutat illud in utiliori dono et addit; et videas quod dicitur *De pe.* di I c. *Tres sunt* (Decr., *De poen.* 1,81), et dicitur etiam supra eadem di. § oleo[3b]; et secundum ipsum hec *oratio est oris ratio,*[4c] sed secundum Agustinum[5] oratio est oranti presidium, adversario incendium, angelis solatium et Deo gratum sacrifitium[d]. Sed quero utrum aliqua oratio sit dirigenda ad sanctos; dicit Sanctus Thomas De Aquino quod ideo sanctis dirigitur oratio, non tamquam per ipsos implenda sed ut eorum meritis et precibus orationes a Deo sortiantur effectum (cf. Thomas Aq., *Comm. in IV Sent.* 15,4,5,3; cf. 45,3,2). Et hoc patet ex ipso modo quo ecclesia utitur in orando; nam a Sancta Trinitate petimus ut nostri misereatur, ab aliis autem sanctis quibusque[6] petimus ut orent pro nobis; et idem de angelis. Qualiter[7] autem Deum oramus, habetur XXIII q. IIII *Optineri* (*Decr.* 2,23,4,21).

13 Concordat ad predicta Valerius .VII. c. II § *Socrates,* ibi: *Socrates humane sapientie quasi quoddam terrestre oraculum nichil ultra petendum a diis immortalibus arbitrabatur, quam ut bona tribuerent, quia hii demum sciunt quid unicuique esset utile, nos autem plerumque id votis expetimus quod non inpetrasse melius foret; etenim denpsissimis tenebris invo-*

1 omnino *codd.*: oratio *Bernardus*
2 inutile *G*: utile *NO*
3 oleo *codd.*: fortasse *alii* legendum est
4 ratio *G*: oratio *NO*
5 Agustinum *G*: Augustinum *NO*
6 quibusque *G*: quibuscumque *NO*
7 qualiter *GN*: quare *O*

luta mortalium mens, in quam late[1] *patentem errorem cecas precationes tuas spargis. Divitias appetis que multis exitium fuerunt, honores concupiscis qui quam plures pessundederunt, regna tecum ipsa volvis quorum exitus sepenumero miserabiles cernuntur, splendidis coniugiis inicis manus* que et si *aliquando illustrant, ita nonnumquam funditus domos evertunt. Desine* ergo, *stulta* mens, *malorum*[2] *tuorum causis quasi felicissimis rebus inhyare* et *te totam celesti arbitrio permitte, quia qui tribuere bona ex facili solent, etiam eligere* quibus tribuant *aptissime possunt* (Val. Max. 7,2, ext. 1).

Accedit Hebreorum c. XIII, ibi: *Sint mores* tui *sine avaritia contenti presentibus. Ipse enim dixit: Non te deseram neque derelinquam, ita ut confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor* est; *non timebo quid faciat michi homo* (Vulg., *Hbr.* 13,5–6). 14

Sexto per mentalem et amaram lacrimarum emissionem; sic patet de beato Petro, qui *foras* exiens post negationem Christi flevit *amare* – Mathei XXVI c. in fine (Vulg., *Mt.* 26,75). De satisfatione Petri non legitur aliud quam prefertur; *lacrima* quasi *lacerans* cor dicitur.[3e] 15

11. De misericordia Dei circa peccatores **11**,1

Circa quam dicit Crisostomus quod grandis est misericordia Dei, nam *si confundaris* ea que peccasti *alicui dicere* sacerdoti, qualiter peccasti, *dicite ea cotidie in anima tua Deo* (Petr. Lomb., *Sent.* 4,17,2,5) cum lacrimis et intentione cordis, et ita poteris a Deo indulgentiam adipisci «– Psalmi: *Dixi: Confitebor Domino, et tu remisisti impietatem* (Vulg., *Ps.* 31,5). *Non ait sacerdoti et tamen remissum sibi dicit peccatum* (Petr. Lomb., *Sent.* 4,17,2,2); et rursus Psalmi: *Sacrificium Deo spiritus contribulatus* (Vulg., *Ps.* 50,19), *et cetera. Etiam legitur:* VZ,4,24,6

1 quam late *correxi ex Val. Max.*: quem leta *codd.*
2 malorum *correxi ex Val. Max.*: maiorum *codd.*
3 {lacrima quasi lacerans cor dicitur} *G*: *om. NO*

Quacumque hora peccator conversus fuerit et ingemuerit, vita vivet et non morietur (Vulg., *Ez.* 33,12;15); *non dicitur „ore confessus fuerit", sed „conversus ingemuerit". Veniam consequitur* peccatorum sola compunctione peccati (Petr. Lomb., *Sent.* 4,17,1,4); unde *vera penitentia est dolor cordis et amaritudo anime pro malis que quisque commisit* (Petr. Lomb., *Sent.* 4,17,1,6), secundum Magistrum IIII Sententiarum d. XVII c. ⟨*Si*⟩[1] *sufficit Deo soli confiteri* (Petr. Lomb., *Sent.* 4,17,2,1), et dic ut ibi;»[2] Terrenorum .II., ibi: *effunde sicut aqua cor tuum in conspectu Domini* (Vulg., *Lam.* 2,19), et Psalmi: *Lavabo per singulas noctes lectum meum* .i. conscientiam lacrimis (Vulg., *Ps.* 6,7).

2 Non dicit ut confitearis servo tuo qui tibi exprobret,[3] sed dicito simpliciter Deo qui velociter curat. *Nec enim si non dixeris, ignorat ea* Deus qui presens *erat cum faciebas* (Petr. Lomb., *Sent.* 4,17,2,5), sed vult te sibi confiteri qui paratus est misereri. Quando accubueris stratum tuum et neminem habes infestum, antequam tibi veniat sompnus, profer in medio conscientiam tuam et *peccata* tua Deo *detege* (Petr. Lomb., *Sent.* 4,17,2,8), quia si Deo detegis, Deus tegit – Psalmi: *Beati quorum remisse sunt iniquitates* per contritionem mentalem *et quorum tecta sunt peccata* per confessionem[4] (Vulg., *Ps.* 31,1); et rursus Psalmi: *Periit memoria eorum* .s. peccatorum[5] *cum sonitu* .s. confessionis[6] (Vulg., *Ps.* 9,7); et iterum Psalmi: *In cubilibus vestris compungimini* (Vulg., *Ps.* 4,5); in cubili tuo confitere Deo peccata, cum propheta dicente: Domine, *averte*[7] *faciem*

1 Si *supplevi ex Petr. Lomb.*: *om. N*
2 *add. N*
3 exprobret *scripsi*: exprobet *codd.*
4 confessionem *G*: amaritudinem *NO*
5 .s. pecatorum *om. N*
6 confessionis *G*: peccatorum cum sonitu .i. gemitus *N*: gemitus *O*
7 averte *scripsi*: adverte *codd.*

tuam a peccatis meis et omnes iniquitates meas dele (Vulg., *Ps.* 50,11). *Lavant* ergo *lacrime delictum quod voce pudor est confiteri,*[1] *et venie fletus consulunt et verecunde* (Petr. Lomb., *Sent.* 4,17,2,3) lacrime sine errore culpam locuntur. Lacrime veniam non postulant, sed merentur – *De pe.* di. I c. *Lavant* (Decr., *De poen.* 1,2); unde lacrima lavans crimina dicitur[b].

«Nam *lacrimis ex vera cordis contritione fluentibus restringuntur eterni ignis incendia*[2] (Petr. Lomb., *Sent.* 4,17,2,6). Aude dicere illud breve verbum: Peccavi, nam David dixit: Peccavi, et dimissum est peccatum suum; et propterea non te terreat pudor hominis, non timor dyaboli, non desperatio pro peccato enormi. Ipsum namque Iudam non tam scelus quod commisit quam desperatio venie dampnavit, secundum Augustinum *De ingratitudine dominice misericordie in penitente* (cf. Aug., *Serm. in monte,* p. 84)»[3] 3

Post hec sola unctio .i. Spiritus Sancti confirmatio pueris baptizatis restat, que ab episcopis fieri iubetur, in qua totius Christiane religionis et misterii plenitudo consistit. Que ultima consignatio dicitur et fit per unctionem in fronte, quia perfectorum est non in occulto sed palam et manifeste nomen Christi in aperta fronte semper habere. De huiusmodi consignatione beatus Iohannes apostolus in Apocalypsi sic ait: *Vidi supra montem Syon agnum stantem et cum eo centum XLIIII milia habentes nomen eius et nomen Patris eius scriptum in frontibus suis* (Vulg., *Apc.* 14,1). Ipsi enim apostoli, antequam ungerentur .i. antequam a Spiritu Sancto solidarentur[4] in die Pentecosten, 4

1 secundum Anselmum[a] *post* confiteri *add. N*
2 Nam ... incendia *om. O*
3 *add. NO*
4 solidarentur *G*: confirmarentur *NO*

nondum erant perfecti sed adhuc timebant et nondum nomen Christi gerebant in frontibus.

5 Et hii omnes, tam episcopi quam presbyteri ac diacones predicti, dicuntur fratres Romani pontificis ratione dignitatis et offitii eorundem, habentes potestatem eligendi canonice episcopum et papam Romanum et universalis ecclesie summum[1] pontificem et pastorem, et nullus alius preter eos, vacante apostolica sede papatu. Et ille quem cardinales predicti vel due partes ex eis concordi voto et animo nominant et eligunt episcopum Romanum in papam, ille erit episcopus et papa Romanus et universalis ecclesie summus antistes atque pastor et legitimus beati Petri successor ac singulorum cardinalium et prelatorum necnon clericorum et imperatoris Romani, regum, ducum, principum, comitum, marchionum, baronum et aliorum omnium in spiritualibus et temporalibus princeps solus et[2] veri Christi Dei et hominis immediatus dominus et monarcha «solus, secundum Damascenum .I. c. V (cf. Io. Damasc. – Burg. Pis., *De fide orthodoxa* 5); concordat Ieremie c. I (cf. Vulg., *Ier.* 1,10)»,[3] ut adinpleatur sermo Daviticus dicens: *Et adorabunt eum* .s. papam Christi vicarium *omnes reges* terre et omnes gentes *servient ei* (Vulg., *Ps.* 71,11); et Hebreorum .XIII., ibi: *Obedite prepositis vestris* (Vulg., *Hbr.* 13,17) .i. vicario Christi, et rursus regem gentium ponam illum; et notatur XXXIII di. *In nomine Domini* (*Decr.* 1,23,1), cum sua liga. Et sic tenet quisque catholicus Christianus.

1 summum *om. G*

2 princeps solus et *G*: princeps et unum caput (caput unum *O*) ac *NO*

3 *add. NO*

«12. De misericordia prelatorum et principum circa[1] hostes **12,1**

Dictum est supra titulo proximo de misericordia dominica VZ,4,24,7 circa peccatores. Nunc in presenti capitulo intendo depromere clementiam principum et prelatorum circa hostes et primo videndum est quid sit clementia, secundo quid sit misericordia. *Est* enim *clementia temperantia animi* existentis *in potestate ulciscentis* et inclinatio[2] *superioris adversus inferiorem in pena* exigenda, secundum Senecam De clementia ad Neronem (Sen., *Clem.* 2,3,1), sicut patet in Philippo rege Macedonum: *huius victorie callide*[3] *dissimulata letitia est; denique non solita sacra die* victorie *fecit, non in convivio risit, non ludos inter epulas adhibuit, non coronas aut unguenta sumpsit, et quanto in illo fuit, ita vicit* et animum temperavit, *ut* victoriam *nemo sentiret. Sed nec regem se Grecie sed ducem appellari iussit atque ita inter tacitam letitiam dolorem hostium temperavit, ut neque apud suos exultasse neque apud victos insultasse videretur* (Iust. 9,4,1–3). Idem Philippus *cum Mathonam urbem oppugnaret, in pretereuntem sagitta de muris iacta dextrum oculum regis effodit. Quo vulnere nec segnior in bello nec iracundior* ad bellum *adversus hostes factus est, adeo ut interiectis diebus pacem deprecantibus dedit nec moderatus tantum* et clemens, *verum etiam mitis adversus victos*[4] *fuit,* secundum Iustinum libro VII in fine (Iust. 7,6,14–16).

Concordat Osee c. VI, ibi: *misericordiam volo* (Vulg., *Os.* 6,6), 2 sine[5] qua inpossibile est Deo placere. Similem clementiam Octavianum imperatorem circa Cinnam Romanorum consulem noscitur habuisse (cf. Sen., *Clem.* 1,9), prout refert Seneca De clementia ad Neronem cathalogo .i. descriptione virorum illustrium libro II c. *Quid ergo est* (Sen., *Clem.* 2,2,2;3), et libro I c. Venit *ut raro invitus* (Sen., *Clem.* 2,2,3), et c. *Nec promiscuam* (Sen., *Clem.* 1,2,2), ibi: *Equius est hominem homini prepositum miti animo exercere imperium et cogitare utrum mundi status gratior oculis pulcriorque sit sereno et puro die* (Sen., *Clem.* 1,7,2); *alioquin,*

1 misericordia ... circa *N*: clementia principum erga *O*
2 inclinatio *codd.*: lenitas *Sen.*
3 callide *correxi ex Iust.*: ellide *N*] ellade *O, ut videtur*
4 adversus victos *correxi ex Iust.*: adversis victor *codd.*
5 sine *O*: si *N*

quemadmodum precise arbores plurimis ramis repullulant, satorum genera, ut dentiora resurgant, *reciduntur, ita regia crudelitas auget inimicorum numerum tollendo* hostes ac perdendo (Sen., *Clem.* 1,8,7).[1] *Parentes enim* et *liberi eorum qui interfecti sunt et propinqui* ac *amici in locum* cesorum hostium *succedunt. Hoc, quam verum sit* (Sen., *Clem.* 1,8,7–9,1), posset multis documentis et exemplis domesticis declarari;

3 verum quia nemo crudelitate profecit, sicut patuit in Karulo primo Francorum rege, Sicilie qui male imperando imperium Sicilie non solum perdidit sed contra instituta maiorum nequeuntium privare regem vita quem armis cepissent – secundum Iustinum libro VII in fine (cf. Iust. 7,6,14–16), et secundum Valerium libro V c. *De humanitate et clementia* § *Ne de Ponpei clementia taceam* (Val. Max. 5,1,9) – Corradinum, Corradi regis filium de Suavia, et nonnullos eius Ytalie et Alamanie duces capite mutilavit, *quia iniquum erat consumere* illos *supplicio quos* felicitas *fortune paulo ante in amplissimo statu collocaverat,* secundum Tullium in Recthorica nova libro IIII c. *De ratiocinatione* (*Rhet. Her.* 4,23). Et ideo post ipsorum ducum exitium miserabile eiusdem regis Karoli et Francorum crudelium gloria modicum perduravit, quia crudelitate usus est post triumphum, quam de more, ut prefertur, triumphantes aborrent.

4 Faciendum ergo est medicorum exemplo, qui, cum usitata remedia non prosunt, temptant contraria. Et propterea ingnoscendum est hosti in insidiis deprehenso; iam nocere non potest captivus sed fame ignoscentis multum prodesse, sicut patet in divo Octaviano sic Cynne consuli Romanorum loquenti: *Vitam, inquit,* [tribuo][2] *tibi,* o *Cynna, iterum do, prius hosti, nunc insidiatori ac parricide. Ex hodierno die inter nos amicitia incipiat;*[3] *contendamus utrum ego meliore fide vitam tibi dederim an tu debeas. Post hec detulit* ei ultra *consulatum* questure,[4] *quod non auderet petere; amicis-*

1 secundum Valerium .II. c. III in fine (cf. Val. Max. 2,3) *add. N*

2 tribuo *delevi*

3 ad invicem *post* incipiat *add. N*

4 questure *codd.*: questus *Sen.*
nam questor erat consul *post* questure *add. N*

simum et *fidelissimum* eum de cetero *habuit heres*que *solus illi fuit. Nullis amplius* de cetero *insidiis ab ullo petitus est* (Sen., *Clem.* 1,9,11–12).

Et est ratio quia *magnus est amor qui ex misericordia venit,* secundum Senecam libro VIII Acclamationum acclamatione ultima, que incipit: *naufragium* (Sen., *Contr.* 8,6); de cuius Cesaris clementia notatur apertius per Suetonium libro II c. *De clementia et civilitate eiusdem* (cf. Suet., *Aug.* 51), nam principatum habere crudeles nichil aliud est quam si *leones* et *ursi* regnarent, qui sunt *principes impii* et crudeles -Parabolarum c. XXVIII (Vulg., *Prv.* 28,15); concordat Boetius versu: *Heu gravem sortem* (Boeth., *Cons.* 2, *Carm.* 6,16). 5

Quid pulcrius quam vivere optantibus cunctis et non vivere sub custode, ut Romulus atque Sylla qui ambo propter crudelitatem ipsorum fuerunt occisi, secundum Livium Ab urbe condita libro I c. XI § *ab illo* (Liv. 1,15,7), et § *fuisse* (Liv. 1,16,4), et secundum Valerium libro III c. I § *idem* .s. Marcus Cato (Val. Max. 3,1,2). *Malus enim est custos diuturnitatis metus* (Cic., *Off.* 2,23), secundum Valerium libro IX c. *Quam exquisita custodia usi sunt, quibus domestici sunt suspecti* § *hoc rege infelicior Alexander* (Val. Max. 9,13, ext. 3), et § sequenti (cf. Val. Max. 9,13 ext. 4); et melius Livius Ab urbe condita libro I c. XI, ibi: *Romulus multitudini gratior trecentos armatos ad custodiam corporis non in bello solum sed in pace habuit. Cum ad exercitum recensendum contionem in campo haberet, subito cohorta tempestas regem operuit nymbo* .i. nube[1] (Liv. 1,15,8–16,1); *patrum manibus* fuit occisus (Liv. 1,16,4). Ergo *noli*[2] *huic tranquillitati confidere* [debet];[3] memento:[4] *mare vertitur; eodem die ubi luserunt navigia, sorbentur. Ita*que *quisquis vitam suam contempserit, tue dominus est,* secundum Senecam libro IIII Epistularum moralium (Sen., *Epist.* 4,7–8). 6

Benivolentia est perpetuus *custos* ad *diuturnitatem fidelis.* Nam *qui in libera civitate se ita* disponunt *ut metuantur* potius quam di- 7

1 nube *scripsi*: nubes *codd.*
2 noli *correxi ex Sen.*: nulli *codd.*
3 debet *delevi*
4 memento *codd.*: momento *Sen.*

ligantur, *hiis nichil potest esse dementius* (Cic., *Off.* 2,23–24), secundum Tullium .II. Officiorum c. *Quinque igitur rationibus* (Cic., *Off.* 2,9) § *omnium autem rerum* (Cic., *Off.* 2,23); unde Seneca Epistula XVIII, que incipit: Ut *observanda* (Sen., *Epist.* 105,1), ibi: *Adice: Qui timetur, timet; nemo potuit terribilis esse secure.*[1] *Timeri autem tam domi molestum est quam foris, tam a servis quam a liberis. Nulli non est satis virium ad nocendum* (Sen., *Epist.* 105,4). Rursus idem Seneca libro II De ira, ibi: *moderatio in regibus est laudanda* (Sen., *Dial.* 4,23,3) sed *ira vitanda est, non moderationis causa sed sanitatis,* sicut patet in epistula XVIII Epistularum moralium in fine eiusdem Senece (Sen., *Epist.* 18,15).

8 Patet igitur ex premissis quod quilibet princeps debet esse promtior ad misericordiam quam ad severitatem ad istar regis apum, qui sine aculeo est. Noluit illum natura sevum esse nec ultionem expetere telumque detrahit et iram eius inermem reliquit, iuxta illud quod scribitur Regum .II.: *Sicut angelus Domini, sic* quilibet *rex* qui *nec benedictionibus nec maledictionibus moveatur* (Vulg., II *Sm.* 14,17).

9 Exemplar hoc est ingens non solum regibus sed etiam magnis principibus, ut illis sit mos se exercere in parvis et ingentia rerum agere documenta, secundum prudentissimum Helynandum dicentem quod, cum de infirmi convalescentia *medicus desperat,* cum *leviori remedio* debet *morbo* succurrere et moderatiora *remedia* adhibere. *Nunc* minutionem[2] *in repletis* exerceat, *nunc refectione* utatur *in vacuis, nunc* diversis *fomentis dolorem* excutiat, ultimo *cauterii* severitate morbos expellat, iuxta illud Boetii: *Et curat medicus vulnera vulneribus* (*immo* Prosper Aquit., *Epigr.* col. 500). *Si enim cytharedi aliique fidicines diligentia multa curant oberrantis corde compescere vitium,* ut *aliis concordem* afficiant, *quanto*[3] diligentiori solertia *oportet principem moderare*[4] habenas, *ut subditos* sibi *redat* benivolos et corde *unanimes. Certum est autem* quod *tutius* est in cytara *cordas inmictere amplius quam intentius* cordas

1 secure *correxi ex Sen.*: securus *codd.*
2 minutionem *codd.*: inanitione *Helin.*
3 quanto *O*: quam *N*
4 moderare *scripsi*: moderari *codd. (cf. Helin.)*

extendere, et est ratio quia *semel rupta* corda *nullo artificis* ingenio *reparatur.* Et propterea *princeps* quilibet debet *esse ad penam* inferendam providus atque tardus, *et doleat quotiens*cumque *cogitur esse ferox*[a] (Helin., *Flor.* 15). Hinc Salomon de regibus loquens dicit: *Misericordia et veritas non te deserant; circumda eas gutturi tuo, et scribe* eas *in* cubili *cordis tui, et* tunc *invenies gratiam bonam ac disciplinam coram Deo et hominibus* (Vulg., *Prv.* 3,3–4)[b].

10 Sit itaque princeps moribus senex et moderata consilia consequatur, sit quoque[1] clemens et pius; que principes diis adequant.[2] Rursus Crisostomus super Matheo de prelatis et sacerdotibus loquens sic ait: Si erramus modicam penitentiam inponentes, nonne melius est propter modicam penitentiam Deo reddere rationem quam propter nimiam rigoris vel penalis sive penitentialis asperitatem, que non hedificat sed corrumpit ob fragilitatem carnis humane, facere succumbere penitentem?[c]

11 Si tales essent hodie moderni prelati, amarentur a subditis sicut oculi corporales, secundum quod scribit Apostolus ad Galatos c. IIII, ibi: *Sicut angelum Dei excepistis me,* et ideo *testimonium peribeo, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis et dedissetis mihi* (Vulg., *Gal.* 4,14–15); sed hodie propter duritiam et ferocitatem prelatorum et principum terrenorum vellent ipsorum subditi talium prelatorum et principum oculos eruisse.

12 *Fecit et hoc Gaius Cesar; ille* quidem *victoria civili clementissime usus est; cum scrinia deprehendisset epistularum ad Ponpeium missarum ab hiis qui videbantur aut in diversis aut in neutris fuisse partibus, combusit. Quamvis moderate soleret irasci, maluit tamen non posse; gratissimum putavit venie genus* [et][3] *nescire quid quisque peccasset* (Sen., *Dial.* 4,23,4), secundum Senecam De ira libro II, ibi: *moderatio in regibus est laudanda* (Sen., *Dial.* 4,23,3), et dic ut ibi. Concordat Valerius libro IIII c. *De moderatione* § *Tarentinus Architas* (Val. Max. 4,1, ext. 1), et § *nimis liberalis* (Val. Max., 4,1, ext. 2), et § *quominus miror* (Val. Max. 4,1, ext. 2), et dic ut ibi.

13 Accedit ad predicta idem Valerius eodem c. per totum. Verum si predictarum clementie et humanitatis et moderationis

1 quoque *O*: itaque *N*
2 adequant *scripsi*: adequat *codd.*
3 et *delevi*

lector quilibet cupit habere peritiam, recurrat ad Senecam De clementia ad Neronem libro I et II c. ultimo, ubi ponitur differentia inter *misericordiam,* que *non causam sed fortunam spectat,* et *clementiam,* que *rationi accedit* (Sen., *Clem.* 2,5,1), ac *veniam,* que est *debite pene remissio* (Sen., *Clem.* 2,7,1). Ibi invenies materiam pleniorem et ideo hic repetere longum esset.»[1]

13,1 13. De quattuor ornamentis Romani[2] pontificis[3]

VZ,4,24,8 Et est notandum quod huiusmodi[4] pontifex habet IIII ornamenta, que alii sacerdotes non habent, sicut scribitur Exodi c. XXIII (cf. Vulg., *Ex.* 28). Primum est tunica iacintina que significat vitam Christi nichil habentem nisi celeste – Exodi XVIII, ibi: *sub pedibus* Dei Israhel figuratur saphyrum *et quasi celum cum serenum est* (Vulg., *Ex.* 24,10).

2 Secundum ornamentum est superhumerale, in quo erant duo lapides in quibus erant scripta nomina XII filiorum Israhel. In hoc figuratur quod Christus portavit peccatum omnium hominum qualitercumque peccantium, quod notatur per duos lapides.

3 Tertium ornamentum est rationale, in quo scriptum erat iudicium et veritas, in quo figuratur quod Christus habuit potestatem iudicandi de omnibus – Io. .V.: *omne iudicium dedit Filio* (Vulg., *Io.* 5,22), et Psalmi: *Deus, iudicium tuum regi da et iustitiam tuam filio regis* (Vulg., *Ps.* 71,2).

4 Quartum ornamentum est lamina aurea, in qua erat scriptum nomen Dei tetragramaton, quod nomen proprie

1 *add. NO*

2 Romani *GO*: summi *N*

3 et excellentia clericorum Romanorum in electione summi pontificis *post* pontificis *add. O*

4 huiusmodi *G*: Romanus *NO*

significat misterium divine Trinitatis .i. principium sine principio spirans et principium ex principio similiter spirans. Et est nomen Dei .i. adonay et propriissime significat in Deo esse tres personas, quarum una rationem habet veri et perfecti Patris, alia vero habet rationem perfecti Filii, tertia vero habet rationem mutui amoris .i. Spiritus Sancti ab utroque procedentis.

Nullum enim in eterna maiestate altius, nullum profundius nec devote cogitanti salubrius nec menti delectabilius quam Trinitatis personarum in unitate essentie existens, ipsumque nomen devote dictum super dolore quolibet dentium confestim aufert, sicut comperi[1] verum esse; in qua figuratur principium passionis Christi, de cuius passione sub typo scribitur Numeri .XXXV.; ibi enim dicitur quod in *morte pontificis* .i. Christi *profugi et exules* -supple: a regno Dei- ad propria redibant .i. ad vitam eternam (Vulg., *Nm.* 35,28; 32). 5

Apparet ergo ex predictis quod mors Christi fuit utilis, quia per eam introitur in celum et per eam redemit genus humanum. Et hoc omnes sentiant et oculis conspiciant, quod Christus propter suam passionem et mortem gloria et honore coronatus est in celo – Hebreorum .II., ibi: *propter quod Deus exaltavit illum et donavit ei nomen* (Vulg., *Phil.* 2,9), et cetera. 6

Et si nullus ex dictis cardinalibus vitam ageret in humanis, tunc clerus Romanus cum optimatibus ipsorum eligunt canonice papam et legitimum Petri successorem, secundum cronicas Romanas. Et hoc tenet Hostiensis Extra. *de electione* c. *Licet* (cf. Hostiensis ad *Decretal. Gregor. IX,1,6,6* [fol. 38v]), et LXXVIII di. c. I (cf. *Decr.* 1,79,1), et c. *Si quis ex episcopis* (*Decr.* 1,79,5), et c. *Si quis pecu-* 7

1 comperi *scripsi*: experi *codd.*

niam (*Decr.* 1,79,9). Quod non est dicere de aliquo alio clero orbis seu populo Christiano, ut tanta prefulgeat[1] prerogativa excellentie et dignitatis, sicut clerus et populus Romanus tam in electione imperiali quam etiam et papali.

LIBER QUARTUS

PR,1 VZ,4,24,11 Explicit liber tertius. Incipit liber quartus de[2] virtutibus crucis et significationibus quattuor elementorum, que sunt signa populi Romani.[3]

De Roma et dotibus ipsius ac civium Romanorum superioribus libris pro parte sum locutus ad liquidum, nec pluribus verbis quam necesse fuit nec minus lucide quam velle extimavi. Nunc in presenti vacare disposui circa expositionem significationis quattuor elementorum .i. litterarum, que fuerunt et sunt prisca signa muta rei publice Romane, earumque situs et colorum[4] earundem, de quibus commemorat versus Daviticus dicens: *Posuerunt* – supple: Romani principes-*signa sua* (Vulg., *Ps.* 73,4) in medio atrio tuo .i. in medio templi Ierosolimitani tempore Ponpei consulis Romani propter tributa per Iudeos non soluta; et primo de sancto et venerabili signo vivifice crucis Domini nostri Iesu Christi redemptoris nostri, que Romanis signis merito antecedit,[5] de qua fit mentio in

1 prefulgeat *G*: prefulgeant *NO*
2 signis et *post* de *add. O*
3 [prisca *O*]. Incipit prologus [libri quarti *O*] *post* Romani *add. NO*
4 situs et colorum *scripsi*: situ et coloribus *codd.*
5 antecedit *G*: anteponitur *NO*

cor. Aut. *De monachis,* in principio[1] (*Nov.* 5,1 [=*Auth.* 1,5]).

Circa quod videndum est primo quid sit signum; secundo ad quid signa militaria fuerunt inventa; tertio quid sit crux Christi; quarto unde dicatur; quinto ex quibus lignis arbor crucis Christi in paradiso delitiarum fuit compaginata; sextо quot digitis sit exprimenda et in qua parte corporis signum huiusmodi sit a fidelibus exprimendum;[2] septimo qualiter lignum crucis[3] ante passionem Christi vilissimum fuit, post mortem ipsius in preciositatem conversum;[4] octavo[5] a quo et qualiter post mortem Christi fuit[6] repertum; nono quanto tempore post mortem Christi sub terra latuit Christianis incognitum; decimo et ultimo de virtutibus ipsius crucis. 2

1. Quid sit signum 1,1

Signum est res que *preter speciem, quam ingerit sensibus, facit* nos *in cognitionem* alicuius rei *evenire,* secundum Magistrum IIII Sententiarum c. III (Petr. Lomb., *Sent.* 4,1,3). VZ,4,24,13

2. De causis quare fuerunt signa bellica instituta 2,1

Fuerunt autem signa bellica introducta ratione que sequitur infra scripta. Cum enim antiquitus duces exercituum ductores Romanis militibus presiderent, quos Ro- VZ,4,24,14

1 {de qua ... principio} *G*
2 exprimendum *G*: inprimendum *NO*
3 sit a fidelibus salutandum *post* crucis *add. NO*
4 ante passionem ... conversum *om. NO*
5 de vilitate ligni crucis ante passionem Christi vilissimi, qualiter fuit post mortem ipsius in pretiositatem conversum et *post* octavo *add. NO*
6 fuit *om. G*

mulus ex tribu clara elegerat, considerantes quod *commisso bello* poterant milites ab hostibus *celeriter in acie perturbari, ne hoc* eis *posset accidere,* per quamlibet *centuriam* statuerunt certa bellica signa per primipilum[1] deferenda in bellis,

2 ne ipsi *in quantovis* armorum ardore *a suis* commilitonibus *oberrarent* in campo sed ad invicem *noscerentur facilius* et *non solum vexillum sed etiam centuriones* et duces bellorum paludatos, *qui signum* deferebant *in galeis,* commodius *sequerentur* (Veg., *Mil.* 2,13), ut tam dux quam ipsi a periculis redderentur illesi seu arridente fortuna maturius victoriam assequerentur, secundum Vegetium .II. c. VII et c. XIII, et eiusdem libro III c. V § *muta* (Veg., *Mil.* 3,5).

3,1 3. De descriptione crucis Christi

VZ,4,24,15 Crux est arbor venerabilis et decora ac planta lucida[2] paradisi delitiarum, ex quatuor consistens[3] arboribus, quarum, si licet, cedrus, cipressus et palma[4] in unam stipitem inseparabilem simul connexe,[5] secundum Ricardum Viterbiensem in cronica sua.[6a]

2 De eadem

Crux est vexillum Christi quo demones effugantur et hostes, secundum Eraclium imperatorem de victoria

1 primipilum *scripsi*: primipilam *G*: primipilarios *N*: primipilarius *O*

2 lucida *G*: splendida *NO*

3 consistens *G*: constans *NO*

4 quarum ... palma *G*: .s. cedro, cipresso, [et *N*] palma, [oliva *O*] *NO*

5 connexe *G*: connexis *NO*

6 Quarta arbor est oliva, ut infra *post* sua *add. O*

quam habuit de Cosdre rege Persarum, qui sibi subiugaverat Ierosolimam civitatem[b]. «Crux est *baculus quem tulit* David, quando pugnavit contra Goliam – Regum .I. c. XVII (cf. Vulg., I*Sm.* 17,40).»[1]

4. Unde dicatur crux 4,1

Dicitur autem crux a cruciatu .i. pena seu tormento, in qua Christus redemptor mundi suspensus est patibulo pro humano genere, quod perierat redimendo. VZ,4,24,15

5. Ex quibus lignis arbor crucis[2] Christi in paradiso deliciarum[3] fuit compaginata 5,1 VZ,4,24,16

Fuit autem planta arboris crucis Christi compaginata divinitus a prima sui origine in paradiso delitiarum ex quatuor arboribus, cedro, cypresso, palma et oliva, que omnia ante nativitatem Christi per tempora multa antea lyra Salomonis in Ecclesiastico c. XXIIII cecinit, et expressit organo oris sui sub typo prophetico veritatem, quasi crux ipsa loqueretur sic dicens: Ego crux *Christi quasi cedrus exaltata sum in Libano et quasi cypressus in monte Syon; quasi palma exaltata sum in Cades et quasi plantatio rose in Jericho; quasi oliva spetiosa in campis et quasi platanus exaltata sum iuxta aquas in plateis* .i. fidelium mentibus. *Sicut cinamonium et balsamum aromatizans odorem dedi, quasi mirra electa*[4] *dedi suavitatem odoris* (Vulg., *Sir.* 24,17–20).

Que omnia si quis ad plenum consideret de sanctissimo ligno crucis, spiritus almificus menti huiusmodi Sa- 2

1 *add. N*
2 arbor crucis *GO*: sancta crux *N*
3 Christi ... deliciarum *om. N*
4 electa *correxi ex Vulg.*: electi *codd.*

lomonis in abditis inspiravit divinitus et propulsavit in intimis, ut ex huiusmodi lignorum una compagine notum sit omnibus quod per lignum sancte crucis, quo Christus fuit exaltatus, crucifixus et mortuus, advenit salus et redemptio omnium in Christo[1] credentium; qui in ara crucis pependit in pretium redemptionis generis humani – Galathe .VI. (cf. Vulg., I*Tim.* 2,6, *potius quam* Vulg., *Gal.* 6,14) –, ut impleretur quod David de Christo dicens cecinit: *Redemptionem misit* Dominus *populo suo* (Vulg., *Ps.* 110,9).

3 De qua cruce sanctus Thomas de Aquino in Compendio theologie sub rubrica *De cruce* sic ait quod *in quattuor* lateribus *crucis notantur IIII benefitia,* quorum[2] *superior pars significat*[3] *ianue celestis apertionem, inferior inferni* spoliationem, *dextra gratie collationem* et *sinistra peccatorum remissionem. Quatuor* vero *ligna* que *fuerunt in cruce* – *sicut dicit Magister ystoriarum, pes* eius *fuit de cedro, stipes de cypresso, transversale de palma, tabula de oliva,* ubi *fuit titulus Pylati* de Christo *descriptus* dicens: *Iesus*[4] *Nazarenus rex Iudeorum* (Petr. Com., *Hist. Schol.,* col. 1630). *Cedrus significat altitudinem contemplationis, cypressus* famam bone *operationis, palma fructum iustitie* et *oliva misericordie lenitatem.*[5] (*immo* Ps.-Bonav., *Compend. theol.* 4,22).

4 *Dulce lignum* digno electum stipite, *dulces clavos,* dulce pondus, *dulcis hasta, dulcia* super mel et favum *ferens pondera, que digna sola fuisti* membra Christi redemptoris no-

1 Christo *G*: ipso *NO*
2 quorum *G*: quia *NO*
3 {quorum ... significat} *G*
4 Christus *post* Iesus *add. G*
5 ymnus *post* lenitatem *add. N*

stri tangere, *salva* cunctos *in tuis* ubique *laudibus congregatos*[a].

Et quamvis non omnes salvemur, non est Christo imputandum, quia ipse in ligno crucis exaltatus et mortuus omnibus aperuit ianuam paradisi; set peccatores sibimet claudunt eandem quando mortaliter peccant, quia peccatum mortale claudit omnibus[1] ianuam paradisi et ponderat tantum, quod peccantem mortaliter et morientem in eo protrahit in infernum – Romanorum .VI., ibi: *stipendia peccati mors* (Vulg., *Rm.* 6,23). Nullus enim cum mortali peccato potest celum ascendere, sed oportet eum ascendere cum maxima difficultate – Actuum c. XIIII circa finem, ibi: *per multas tribulationes oportet nos intrare regnum celorum* (Vulg., *Act.* 14,21). 5

Quam viam ascendendi nobis Christus ostendit in cruce et passione sua, cum dicit: Qui *vult venire post me, abneget semet ipsum* .i. propriam voluntatem et sensum *et tollat crucem suam* .s. penitentie *et sequatur me* – Mathei c. XVIIII (Vulg., *Mt.* 16,24). In qua sunt tria – Marci c. VIII, ibi: *misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinent me* (Vulg., *Mc.* 8,2). 6

Digne enim veniam consequi non merentur qui expectando non inplent triduum .s. contritionis, confessionis et satisfationis – Exodi .III., ibi: *ibimus viam trium dierum in solitudinem* (Vulg., *Ex.* 3,18) .i. contritionem, confessionem et satisfationem; quia sicut in materiali cruce Christi fuerunt tria ligna, sine tabula tituli supra dicti, sic in cruce penitentie sunt tria, contritio cordis, confessio oris et satisfatio operis[b], et postea *me sequatur* (Vulg., Mt. 7

1 omnibus *GO*: hominibus *N*

16,24). Hec autem de speciebus lignorum crucis Christi[1] dicta sufficiant in presenti.

6,1 6. Quot digitis manus dextre sit signum crucis faciendum

VZ,4,24,17 Et est sciendum quod signum crucis Christi est tribus digitis manus dextre exprimendum,[2] quia sub invocatione inprimitur sanctissime Trinitatis, de qua dicitur Ysaie c. XL, ibi: qui *appendit tribus digitis molem terre et libravit in pondere montes et colles in statera* (Vulg., *Is.* 40,12), ita quod a superiori .i. a capite descendit inferius usque ad cor, ubi est memoria, ratio et intellectus, et deinde a sinistra transitur[3] in dexteram, quia Christus descendit de celo in terram et a Iudeis transivit ad gentes, et rursus confestim huiusmodi digiti a sinistra reducuntur ad dexteram.

2 Et est ratio quia de miseria transire debemus ad gloriam, que designatur per dexteram, sicut Christus resurgens a morte transivit ad vitam et de mundo ascendit ad celum, presertim qui cum uno Patre unoque Filio unoque Spiritu Sancto, qui est unus Deus omnipotens, fiducialiter se consignant. Constat igitur[4] quod, cum in alios signum crucis inprimimus, ipsos a sinistra consignamus in dextram.

3 Signamus insuper nosmet ipsos in fronte signo crucis, per quod ostendimus nos esse de collegio credentium in Christo, per quem redempti sumus et salvati – Galathe VI (cf. Vulg., I*Tim.* 2,6, *potius quam* Vulg., *Gal.* 6,14), et ut ad intelligenda dominica et divina verborum precepta

1 Christi *om. NO*
2 est et ratio *post* exprimendum *add. N*
3 transitur *G*: fit transitus *NO*
4 igitur *G*: ergo *NO*

animus noster vanis cogitationibus emundetur et totaliter tam crucis vexillo quam dominico erudiamur exemplo, iuxta illud quod Iesus ait discipulis suis:[1] *Iam mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis* (Vulg., *Io.* 15,3); sicut patet etiam de beato Andrea apostolo Christi, quando *ducebatur ad crucem,* quam ut *vidit a longe,* sic ait:

7. De salutatione crucis dominice et modo consignationis 7,1

Salve, crux spetiosa, arbor fulgida et decora, *que decorem et pulcritudinem de membris* Christi *suscepisti, accipe me ab hominibus et redde me magistro meo, ut per te me recipiat qui per te me redemit*; et expansis in celum manibus orabat dicens: O crux venerabilis, non me permittas errare sicut ovem non habentem pastorem, sed suscipe me pendentem in patibulo, ut *securus et gaudens veniam ad te, ut* et *tu exaltans suscipias me discipulum eius qui pependit in te*[a]. VZ,4,24,18

Deinceps nosmet ipsos signamus in ore et subsequenter ad cor[2] crucem producimus, ut quod in corde de cruce gerimus ad salutem commemoremus iugiter et retineamus in mente et passionem Christi ore firmiter predicemus – Corinthiorum .I. c. II, ibi: Predicamus *Iesum Christum, et hunc crucifixum*[3] (Vulg., I*Cor.* 2,2) – et publice, ac quidquid in tabula nostri cordis de cruce credimus ad salutem diligamus veraciter et retineamus constanter in intimis ipsamque palam in fronte portemus aperta manifeste dicentes: 2

Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi, quia per crucem sanctam tuam redemisti mundum; ut per huius- 3

1 Io. XV *post* suis *add. N*
2 ubi est memoria, ratio et intellectus *post* cor *add. NO*
3 {Corinthiorum ... crucifixum} *G*

modi consignationem crucis ostendamus nosmet ipsos Christianos esse perfectos, habentes nomen et signum crucis spetiosum signatum in frontibus nostris – Apocalypsis c. III (cf. Vulg., *Apc.*. 7,3).

8,1 VZ,4,24,20 8. De vilitate crucis ante passionem Christi in pretiositatem conversa

Hiis igitur de cruce Christi sub compendio recitatis, quomodo et quot digitis et in qua parte corporis sit exprimenda, dicendum est in presenti quomodo eius vilitas[1] pristina est in pretiositatem conversa. Et est sciendum quod *ante passionem Christi lignum* huiusmodi *fuit* maxime *vilitatis* et unius speciei, *quia* ipsa erat *supplicium latronum* merentium mortem et sine omni decore et arbor sterilis sine fructu, que *olim in medio cadaverum plantabatur in monte Calvario* de ligno vilissimo et infructuoso, ubi erat maximus fetor et acervus cadaverum dampnatorum insepultorum; ex qua arbore, postquam creverat, fiebant cruces ubi suspendebantur latrones.

2 Sed *post passionem* Christi *fuit* crux *multipliciter exaltata* et eius *vilitas* et sterilitas pristina *transierunt* et converse fuerunt postmodum *in pretiositatem, fertilitatem* et *fructum*[a] – Canticorum .VII.: *Ascendam palmam* .i. crucem *et apprehendam fructus eius* (Vulg., *Ct.* 7,8).

3 Stipes autem palme asper est,[2] sed in cacumine habet vigorem et fructum, ostendens decorem crucis et fructum celestis patrie que in alto erigitur; de qua[3] in Psalmo scribitur per prophetam dicentem: *Iustus* .s. Christus *ut palma florebit* .i. in cruce et *sicut cedrus Libani multiplicabitur*

1 vilitas *G*: utilitas *NO*
2 est *O*: erat *GN*
3 qua [sc. palma] *O*: quo *GN*

(Vulg., *Ps.* 91,13) per conversionem gentilium populorum virtute sancte crucis in ipso credentium.

Flos namque singularis est, sicut Christus ipsemet de se dicit in Canticis Canticorum c. II, in principio: *Ego flos campi et lilium convallium* (Vulg., *Ct.* 2,1); unde Christus ante passionem suam de ligno crucis predicens sic ait: Cum *exaltatus fuero* – supple: in cruce –, *omnia traham ad me* – Johannis c. XII (Vulg., *Io.* 12,32) –, quasi dicat: Postquam positus fuero in cruce et mortuus, traham omnes gentes ab errore ad fidem – ecce fructus. 4

Et multiplicatio cedrorum in Libano fuit conversio gentilium populorum in Christo credentium [in][1] virtute crucis Christi, quia ante mortem Christi soli Iudei salvabantur, sed post passionem Christi populi gentilium[2] sicut Iudeorum credentes in Christo, relictis superstitionibus ydolorum, salvabantur – ecce[3] multiplicatio. 5

Rursus *innobilitas* crucis pristina ascendit *in sublimitatem*[b], secundum Agustinum[4] *De rectitudine catholice conversionis* (cf. Aug., *Rect.* col. 1174), ubi dicitur quod *crux* ab olim *latronum supplicium transivit ad* trihumphum bellicum *imperatorum*[c], ut notatur in ynnis passionis dominice Ambrosianis, ibi: *Vexilla regis prodeunt, fulget crucis misterium* (Ven. Fort., *Carm.* 2,6,1–2). Patet etiam in ynnis festivitatis exaltationis crucis eiusdem: *Pange, lingua, gloriosi prelium certaminis et super crucis tropheum dic triumphum nobilem, qualiter redemptor orbis*[5] *inmolatus* – supple: volens – *vicerit* (Ven. Fort., *Carm.* 2,2,1–3). 6

1 in *delevi*
2 gentilium *NO*: gentium *G*
3 cedrorum *post* ecce *add. NO*
4 Agustinum *G*: Augustinum *NO*
5 vel omnium *post* orbis *add. N*

7 Insuper *tenebrositas in claritatem,* secundum *Crisostomum, fetor in suavitatem odoris,* sicut scribitur *Canticorum .I.*, ibi: *cum esset rex* .i.[1] Christus *in acubitu suo* .i. morte, *nardus* que *crucem* significat Christi *dedit* suavitatem *odoris* (Vulg., *Ct.* 1,11)[d]. Concordat Ecclesiastici c. XXIIII, ibi: *quasi mirra electa* .s. crux *dedit suavitatem odoris* (Vulg., *Sir.* 24,20). *Mors transivit in vite perpetuitatem*[e], ut notatur in prefatione inventionis sancte crucis, ibi: *ut unde mors oriebatur, inde* .i. de cruce Christi *vita resurgeret (Missale Romanum, Ordo Missae, Praefatio de sancta cruce)*[f].

8 Quomodo et qualiter lignum sanctissime crucis post mortem Christi fuerit repertum et quanto tempore sub terra latuit Christianis incognitum, hic retexere esset longum. Et ideo, ne cresceret operis magnitudo, causa brevitatis obmitto, sed si id aliquis ad plenum scire desiderat, legat cum diligentia legendam festivitatis inventionis sanctissime[2] crucis; ibi de predictis singulis inveniet materiam pleniorem.

9,1 9. De virtutibus sancte crucis

VZ,4,24,21 De virtutibus crucis loquitur[3] Augustinus libro *De rectitudine conversionis catholice,* dicens quod, *crux* Christi si *cum fide* recta *et Dei timore precesserit, nichil* tibi *nocere poterit inimicus* (Aug., *Rect.*, col. 1175). Restituit insuper sanitatem infirmis, benedictionem impendit, discernit a perfidis, liberat a periculis, hostes expellit[4] et victores in ea credentes constituit.

1 {.i.} *G*
2 sanctissime *G*: sancte *NO*
3 beatus *post* loquitur *add. N*
4 expellit *G*: repellit *NO*

De eadem 2

Deinceps crux est misterium fidei, fundamentum spei, clavis scientie, magnificentia principum, gloria sacerdotum – Galathe .VI., ubi dicit Apostolus: *Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi* (Vulg., *Gal.* 6,14); sustentatio inopum, consolatio pauperum, dux cecorum, baculus claudorum, spes desperatorum et miseratio mortuorum.

De eadem 3

Rursus crux *paraliticos curat, leprosos mundat, cecos illuminat, demones fugat*[a] sicut sonitus campane que est tuba Christi, cuius sonitu excitantur fideles a sompno atque moventur, ut invocato Deo per orationes demones effugantur et ab hominum infestationibus desistunt. Quos crucem et canpane sonitum ac orationes fidelium demones valde timent et ab eis fugiunt et terrentur, et non solum fideles[1] sed infideles auxilio crucis maxime roborantur.

10. De eadem et eius miraculo **10**,1

Prout commemorat Gregorius .III. Dyalogorum[2] de *quodam Iudeo Romam venienti, qui quamvis fidem* Christi[3] non *haberet, signo tamen crucis* quadam nocte *se munire curavit.* Eadem *nocte vigilans* pre timore *vidit* ingentem multitudinem atque *turbam spirituum malignorum; quem* ut *signatum misterio crucis* demones cernerent, territi demones exclamaverunt *dicentes:* VZ,4,24,22

Va va vas vacuum – supple: fide baptismatis –, set *sig-* 2

1 {et non solum fideles} *G*
2 c. VII *post* Dyalogorum *add. NO*
3 Christi *codd.*: crucis *Greg. M.*

natum misterio crucis sancte; ad hanc unius demonis vocem confestim *illa malignorum spirituum turba disparuit* (Greg. M., *Dial.* 3,7,3–4;6) et Iudeus retro versus abiens Terracinam baptizatus est et factus catholicus Christianus[a].

11,1 VZ,4,24,22 11. De victoria Constantini imperatoris Romani contra Maxentium per virtutem sancte crucis

Cronice Romane tenent, quas in hoc quod sequitur ecclesiastica ystoria commemorat atque docet, quod Constantinus a Romanis electus concorditer imperator adversus Maxentium cum suis castrametatum extra pontem Milvium,[1] «situm super flumen Tiberis, secundum Juvenalem Satyra VI, ibi: *Cum tibi vicinum se prebeat Emilius pons* (Iuv. 6,32) – ab Emilio consule constitutus –,»[2] tyrannice Romanum imperium occupantem, cum suo populique Romani exercitu appropinquavit se Tiberi iuxta pontem eundem.

2 Et paulisper dubitans cum eodem Maxentio concertare, quia dictior et potentior eo erat, invocavit primitus divinum auxilium et confestim ad celum mentaliter et corporaliter versus partem orientalem devote attollens oculos, videre meruit per soporem venerabile signum crucis nimio fulgore splendere et angelum Dei sibi astare presentem, propitium et benignum sibi dicentem: Constantine, surge quia sub hoc signo quod vides vinces[3] Maxentium, tuum ac rei publice hostem.

3 Tunc Constantinus letus redditus dicte crucis aspectu et oraculo angelico fretus, de victoria indubia iam securus et certus signo crucis quod in celo conspexerat, *cum Dei*

1 Milvium *G*: Emilium *NO*
2 *add. NO*
3 {vinces} *G*

timore et fide[a] recta sua dextra frontem eius publice consignavit apertam more catholici, deinceps humiliter Deum deprecans ut manum suam, qua frontem carathere crucis signaverat, victricem rederet de Maxentio et eius exercitu absque nimia effusione sanguinis humani et Romanorum cede. Tunc Maxentius, priusquam ad coniectum teli veniretur,[1] audacia Constantini attonitus, quam plurimum ipsius constantiam perhorrescens et Romani populi terrorem, iussit suis ut pontem preciderent antedictum, ne contra eum et suos ipsi Constantino et Romano populo pateret transitus vel accessus.

Cum autem Constantinus magno cum terrore pontem cum Romanis appropinquasset eundem, Maxentius huiusmodi premente terrore pavidus, oblitus et immemor sui factus, presertim operis supra dicti, armatus cum paucis graditur supra pontem et equum conscendens pavidus, inprovide subductis equo calcaribus, concitat equum et in Constantinum progreditur et fecit conatum. Constantinus vero a longe ipsum noscitans sub virtute caratheris supra dicti suo impressi vexillo, quem semper ante ipsum gerebat in bello et iusserat anteire, sic inquid: Eccine, *ruptor federis*[b] humani violatorque iuris gentium ac populi Romani hostis, iam ego mactatam,[2] si modo dii sancti quicquam in terris esse volunt, Romanorum manibus dabo victimam. 4

Calcaribus equo subductis, infesta cuspide Maxentium hostem incursat; quem cum ictu equo deiecisset, confestim et ipse hasta innixus[3] se in pedes excepit; assurgentem ibi Maxentium confestim resupinat umbone et cus- 5

1 veniretur *GN*: venirent *O*
2 mactatam *scripsi*: mactatum *codd.*
3 innixus *NO*: inherens *G*

pide ad terram affixit. Tum exangui Maxentio detracta spolia, caput abscisum victor Constantinus spiculo gerens terrore cesi Maxentii hostes fudit; ita equitum fusa acies que una fecerat anceps certamen. Constantinus legionibus hostium fugatis instat et ad castra conpulsos cedit.

6 Demum Constantinus omnibus locis re[1] bene gesta iussu populi Romani urbem eandem ovanter rediit. Longe maximum trihumphi spectaculum ei fuit et opima spolia regis interfecti pre se gerens – in eum Romani milites canebant carmina equantes cum Romulo et Camilo spoliaque ipsa in ede Iovis solempni dedicatione intulit atque fixit.

7 Deinceps confestim gravi precepit edito [XVIII], ut de cetero Romani in ipsorum vexillis supra signa prisca eorum preponerent venerabile signum crucis, cuius misterio ipse cum toto Romanorum exercitu trihumphans liberari meruit ab huiusmodi opressione tyranni, et ipsorum scutis ac moneta usuali crucem loco imperialis ymaginis inprimerent et sculperent ante dictam[c]. Et ista est causa potissima rationis quare signum crucis Christi sanctissimum preponitur signis Romanis antiquis et imprimitur et sculpitur etiam hodie in ipsorum clippeis et monetis.

12,1 VZ,4,24,24 12. De ymaginibus imperatorum et signis bellicis Romanorum

Et est sciendum quod olim ante nativitatem Christi et eius passionem Romani gentilium more viventes sicut Iudei habebant quedam signa, que ymagines vel maiestates dicebantur imperatorum; que signa *ymaginarii deferunt,* secundum Vegetium .II. c. VII § *ymaginarii* (Veg., *Mil.* 2,7); et ymagines dei dicebantur, ut notatur Digesto-

1 re *scripsi*: res *codd.*

rum *De auro et argento legato* l. *Titia testamento* § ultimo (*Dig.*, 34,2,38,2). Concordat Vegetius .II. c. VI § I, ibi: *hec* prima cohors *suscipit* in vexillis *ymagines imperatorum,* que tamquam *divina signa* a singulis *venerantur.* Huiusmodi *enim* cohors *suscipit* etiam *aquilam, que semper in Romano exercitu est signum precipuum et totius legionis* vexillum *insigne* (Veg., *Mil.* 2,6). *Quam* Quintus *Marius bello Cymbrico dicitur habuisse,* secundum Salustium c. ultimo (Sall., *Catil.* 59,3).

2 De huiusmodi signo militari sacrate aquile, certissime Romani imperii custodis, commemorat Valerius .VI. c. I § *libidinosi* (Val. Max. 6,1,11). Concordat Livius .I. Ab urbe condita c. XXI § *Roma* (Liv. 1,34,6), ibi: *Tarquinio* quinto rege Romano *carpento sedenti cum uxore* sua Tanaquil *aquila suspensis alis pileum* de capite [ei][1] *aufert, super* quo Tarquinio[2] *magno cum clangore rursus volitans velut ministerio divinitus missa* denuo *capiti* Tarquini pileum *apte reponit; inde sublimis abiit. Accepisse id augurium*[3] *leta dicitur* Tanaquil[4] *et complexa virum iubet: eam alitem ea regione celi* (Liv. 1,34,8–9).

3 *Anaton*[5] vero, *antiquissimus actor,* de aquila *scribit* in hunc modum quod *Juppiter* filius Saturni, cum *adversus filios Tytani bellum suscepisset et* arma et diis superis *sacrifitium* perlustrasset, de celo *in victorie* signum *prosperum volatum aquile sibi adesse* prospexit. In cuius aquile conspectu *cum* incidisset *augurio, in signis bellicis aquilam* pro signo suscepit;[6] *unde a felici augurio* Iovis primi regis Ro-

1 ei *delevi*
2 {rege ... Tarquinio} *G*
3 .i. eventum *post* augurium *add. NO*
4 Tanaquil *scripsi*: Tarquinil *codd.*
5 Anaton *codd.*: Anacreon *Albericus*
6 suscepit *G*: recepit *NO*

manorum ortum *est*[a], ut milites Romani *aquilam* velut *primum signum totius legionis portent* in bello, secundum Vegetium .II. c. XIII in principio (Veg., *Mil.* 2,13),
4 et plenius Mathei .XXII., ibi: *abeuntes Pharisei consilium inhierunt ut Iesum* comprehenderent *in sermone* dicentes: *Quid tibi, magister, videtur,* si *licet censum dari Cesari annon?* Respondit eis Iesus: *Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium,* qui ymaginem Cesaris preferebat et superscriptionem[1] nominis, ut habetur in scolasticis ystoriis;[2] *et ait illis Iesus: Cuius est ymago hec et descriptio? Dixerunt ei: Cesaris. Tunc ait illis: Reddite ergo que sunt Cesaris Cesari et que sunt Dei Deo* (Vulg., *Mt.* 22,15–21).[3]

13,1 13. De significationibus quatuor elementorum que sunt
VZ,4,24,25 signa populi Romani prisca

Sed ut ad premissam signorum Romanorum revertar materiam, consideratius[4] ipsorum signorum Romanorum notitiam per ordinem qui sequitur explicabo. Signa Romanorum prisca fuerunt, sicut et sunt hodie, quattuor, videlicet S.P.Q.R.,[5] que littere sub typo significant salutem populorum omnium quos regebat magistratus Romanorum iustitia atque armis, ut notatur C. *De novo C. confirmando* l. unica (*Cod. Iust., De cod. confirm.,* PR.), et C. *De summa trinitate et fide catholica* l. *Cunctos populos quos nostre clementie regit* imperium[6] (*Cod. Iust.* 1,1,1); et in pro-

1 superscriptionem *G*: subscriptionem *NO*
2 ut ... ystoriis *om. NO*
3 Hoc idem habetur in ystoria scolastica (in ystoria scolastica] pro scolasticis ystoriis *O*) *add. NO*
4 consideratius *N*: consideratis *GO*
5 arma Rome *post* S.P.Q.R. *add. N*
6 imperium *codd.*: temperamentum *Cod. Iust.*

hemio Institutionum in principio § *omnes populi* (*Inst. Iust., De Inst. promulg.* 1).

Propter quod dicitur: *O Roma, rerum omnium domina, salva populos cunctos quos regis clementia, legibus atque armis*; quia *Romani* ab olim *pro omnibus militabant,* secundum Ieronimum super dicto c. XXII Mathei (Hieron., *Comm. in Matth.*, p. 202). Alii locuntur, et melius, de Christo stante in ara crucis, antequam emitteret spiritum, dicentes: *O Christe, salus mundi, salva populum quem redemisti in ligno crucis*[a]; et utraque expositio satis claret. 2

14. De secunda significatione signorum antiquorum populi Romani **14**,1 VZ,4,24,27

Nonnulli alii huiusmodi singularia signa sic exponunt dicentes: S. salus omnium populorum serena et sotietas tranquilla pacis beate; et hoc probatur per Tullium Offitiorum .II. c. *Quinque igitur rationibus* (Cic., *Off.* 2,9) § *omnium autem rerum* (Cic., *Off.* 2,23), ubi dicitur quod *magistratus* et *imperatores* Romani *ex hac una re maximam laudem* sumebant, quia *provincias* et *sotios equitate et fide* sotiassent. *Itaque illa* serena[1] coitio magistratuum[2] *verius quam imperium poterat nominari* (Cic., *Off.* 2,26–27).

Secunda alterius elementi expositio, videlicet .P., dicitur patrocinium pacificum populorum; et hoc probatur per Virgilium .VI. Eneidorum de imperio magistratus Romanorum loquentem: *Tu regere imperio, Romane, memento (Hec tibi erunt artes), paci inponere morem, parcere subiectis et debellare superbos* (Verg., *Aen.* 6,851–853). Concordat Prudentius: *Et pax ut placeat, facit excellentia* 2

1 [in *O*] unum *post* serena *add. NO*
2 magistratuum *scripsi*: magistratum *codd.*
serena coitio magistratum *codd.*: patrocinium orbis terrae *Cic.*

Rome, que motus varios simul et ditione cohercet (Prud., *c. Symm.* 2,638–639).

3 Tertia alterius signi vel elementi .Q. ‹expositio›[1] traditur ut sequitur esse talis: Quiritum disciplina severa. Et est ratio ne turbato ordine *militaris discipline* vindicta deesset in castris, [cuius][2] *vinculum incolume servatum, ‹in cuius sinu ac tutela›*[3] *serenus* et *tranquillus status pacis beate acquiescit,* secundum Valerium .II. *De disciplina militari,* in principio (Val. Max. 2,7, PR.), et § *at nostra urbs* (Val. Max. 2,7,6). Et hoc probatur per Livium .VIII. Ab urbe condita c. V, prope finem, ubi Torquatus Romanorum consul bello Latino filium provocatum a Gemino Mectio duce Tusculanorum ad dimicandum ignorante patre [descenderat],[4] gloriosam victoriam et spetiosa spolia referentem iussit arripi a lictore et securi occidi, sanctius iudicans patrem forti filio quam patriam militari disciplina carere (cf. Liv. 8,7).

4 Quid igitur merebitur transfuga stationisve desertor, quando sic ex disciplina militari tanta severitate corripitur trihumphator, secundum Livium .IIII. Ab urbe condita c. XV § *egregie dictature tristem memoriam faciunt, qui filium victorem iniussu pugnantem securi percussum tradunt* (Liv. 4,29,5); et eadem decada libro VIII c. V § *spoliis* (Liv. 8,7,12); et de huiusmodi severitate militaris discipline scribitur plenius per Valerium .II. *De disciplina militari,* per totum (cf. Val. Max. 2,7). Concordat Vegetius .III. De re militari c. V, in principio (cf. Veg., *Mil.* 3,5).

1 expositio *supplevi*
2 cuius *delevi*
3 in cuius sinu ac tutela *supplevi ex Val. Max.*
4 descenderat *delevi*

Quarta et ultima huiusmodi elementi, videlicet .R., expositio est refugium tutissimum et terror regum, de quibus habetur per Valerium .VI. c. *Graviter dicta aut facta* § *Gneus vero Popilius,* qui *a senatu* populi Romani *missus legatus ad* regem *Antiochum, ut bello,* scilicet *quo Tholomeum* regem Egypti Romanorum amicum *lacessebat, abstineret, cum*que *ad eum pervenisset atque is prompto animo et* amantissimo *vultu dextram ei porrexisset, invicem illi suam porrigere noluit, sed* litteras[1] *senatus consultum continentes tradidit, quas ut legit Antiochus, dixit se cum amicis collocuturum. Indignatus Popilius quod aliquam moram interposuit* in responso, *virga, quo*[2] *insistebat, solum* circulo *denotavit* et:[3] *Prius, inquid, quam hoc circulo excedas, da responsum quod senatui referam. Non legatum locutum sed ipsam curiam ante oculos positam credens continuo* .i. statim *rex affirmavit fore ne amplius Tholomeus de se* senatui *conquereretur*; at *tum demum Popilius manum* Anthioci *tamquam sotii apprehendit* (Val. Max. 6,4,3), quam ante responsum porrigere recusavit. 5

«Concordat Tullius .VII. Invectivarum § O *dii immortales! ubi est ille mox virtusque maiorum?* Gnei *Popilii* (Cic., *Phil.* 8,23), et cetera dic ubi sequitur.»[4] Patet ergo ex predictis quod senatus populi Romani erat refugium et terror regum, qui significantur per litteram .R., que est quarta pars Romani signi. 6

1 litteras *codd.*: tabellas *Val. Max*
2 quo *correxi ex Val. Max.*: qua *codd.*
3 et *correxi ex Val. Max.*: ut *codd.*
4 *add. N*

15,1 15. De colore situs signorum Romanorum et eius significatione
VZ,4,24,28

Situantur signa elementorum huiusmodi in campo coloris tincti .i. cruenti sive rubei, qui in omnibus semper debet abesse, nisi a bellicis signis propter mortem miserabilium hominum insignium[1] populorum in ore acerrimi gladii terrestris prelii et navalis certaminis excadentium, quorum corpora iacent inhumaniter insepulta, a lupis et piscibus assumenda. *Quid enim crudelius congressione navali, ubi aquis homines* pereunt *atque flammis,* argumento eius quod scribitur Vegetii .IIII. De re militari c. *De telis et tormentis* (Veg., *Mil.* 4,44); vel aliter color rubicundus Romanorum caritatem .i. amorem significat populorum **[XIX]**, pro quorum quiete et pace sine intermissione aliqua personis propriis militabant et ipsorum sanguinem innoxium immolabant iustitie.[2]

2 Color autem crucis, que Romanorum signa precedit, est lucens et candidus, qui precipue decorus est Deo, maxime in textili. Significat[3] munditiem et puritatem mentis humane, secundum Tullium De legibus[a]; de quorum claritate virtutum ait Dominus: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona et glorificent patrem vestrum qui in celis est* – Mathei c. V (Vulg., *Mt.* 5,16).

3 De colore huiusmodi rubeo, sub quo signa predicta circumferuntur, scribitur Ysaie c. LXIII in principio, ibi: Angeli admirantes Christi ascensionem interrogando dixerunt ad invicem: *Quis est iste qui venit de Edom* .i. de terrenis *tintis vestibus* .i. cruenta et lacerata carne *de Bosra* .i.

1 insignium *N*: in signum *GO*

2 que caret macula et iniquitate non fuscatur *post* iustitie *add. N*

3 innocentiam *post* significat *add. N*

angustia et tribulatione mundi (Vulg., *Is.* 63,1). Caro enim et pellis vestimenta sunt hominis – Iob .X., ibi: *pelle et carnibus vestisti me* (Vulg., *Iob* 10,11).

Preterea nascente *Domino missi angeli in vestibus albis* .i. lineis, que frequenter[1] abluuntur, pastoribus *apparuisse leguntur* (Greg. M., *Hom. in evang.* col. 1218), ut per hoc interioris hominis castitas et puritas figuretur, iuxta quod Sacra Scriptura commemorat dicens: *Omni tempore vestimenta tua sint candida* – Ecclesiastici c. II (Vulg., *Ecl.* 9,8); et ut ex hoc per conversionem Romanorum ad Deum factam per virtutem[2] sancte crucis *gaudium et solempnitas* angelis facta doceretur, *quia in nativitate sua* Christus *apparuit humilis* et *in ascensione ostensus est homo sublimis,* secundum Gregorium (Greg. M., *Hom. in evang.* col. 1218). 4

Rursus color albus significat claritatem, presertim fidei Christiane, qua Romani tamquam *speculum fidei* pre ceteris nationibus splendent,[3] potissime post ipsorum conversionem ad Deum temporibus beati Silvestri pape – Extra. de electione c. *Fundamenta,* libro VI (immo *Sext.* 1,6,17). 5

Et ideo angelus qui apparuit Constantino contra Maxentium pugnaturo, ut dicetur inferius, quando ostendit sibi crucem Christi dicens ei: In hoc signo vinces, apparuit ei totus luminosus aspectu, habitu et affatu. Habuit enim angelus qui Constantino apparuit aspectum fulgidum ad instar fulgoris, habitum ad instar nivis et affatum ad instar solis, quia aspectus eius erat sicut fulgur, vestimenta eius sicut nix et os eius sicut sol, cum dixit Constantino: Sub signo crucis Christi, solis supernalis, vinces 6

1 frequenter *G*: frequentius *NO*
2 per virtutem *G*: in virtute *NO*
3 splendent *G*: splenduerunt *NO*

Maxentium, tuum et Romani populi hostem, secundum cronicas Romanas;[1] in qua Christus sua humilitate conquassavit capita inimicorum suorum ambulantium in delictis .i. superbiis.

7 Hos tamquam *Deo odibiles* – Ecclesiastici .X. (Vulg., *Sir.* 10,7) – humilitas Christi inclinat[2] et de sede prosternit – Luce c. ultimo, ibi: *deposuit potentes de sede et exaltavit humiles* (Vulg., *Lc.* 1,52). Concordat Ecclesiastici .X., ibi: *sedes ducum superborum destruet Deus et arefaciet radices* eius a terra *et sedere faciet mites pro illis* (Vulg., *Sir.* 10,17–18).

8 Et si aliquis fortasse querat **[XX]** quare crux, pars signi Romanorum, est coloris candidi, breviter respondeo **[XXI]** ut per hoc doceatur Romanos dilexisse candorem et munditiem castitatis, que per albedinem designatur, et abdicasse a se omnis illiciti muneris sorditatem; et in paupertate magis vivere optaverunt quam munerum ac mulierum contagione corrumpi et pecunia monstruosa[3] ipsorum spiritus debilitare;[4] quorum honestati, continentie et *paupertati nulle divitie preferebantur,* secundum Valerium .IIII. *De paupertate* § finali in fine (Val. Max. 4,4,11); et Ecclesiastici .XXVI., ibi: *omnis ponderatio non est digna anime continentis* (Vulg., *Sir.* 26,20).

9 Qui tanta et tali abstinentia, continentia, castitate, paupertate et liberalitate fulserunt, ut inter omnes[5] iustitiam et equitatem ipsorum moribus instituerent et claris ac

1 digne ergo signum crucis huiusmodi signis preponitur Romanis *post* Romanas *add. O*

2 inclinat *NO*: declinat *G*

3 pecunia monstruosa *scripsi*: pecunie monstruose *codd.*

4 debilitare *N*: debilitate *GO*

5 omnes *NO*: eos *G*

{§ finali ... eos} *G*

electis docerent exemplis, secundum Valerium .IIII. c. *De abstinentia* (Val. Max. 4,3) et c. *De paupertate* (Val. Max. 4,4), per totum. Patet rursus ex prohemio eiusdem in principio, ibi: *Urbis Rome facta simul ac dicta memoratu digna* (Val. Max. 1,PR.), et cetera. Concordat Tullius De paradoxis quasi in principio § *veniant igitur irrisores* predicte *orationis ac sententie et ipsi iudicent utrum se horum alicuius, qui marmoreis tectis ebore et auro fulgentibus, qui signis, qui tabulis, qui celato auro et argento, qui Chorinthis opibus habundant, an Gaii Fabritii* et aliorum consulum Romanorum, *qui nichil* horum *habuerunt* nec *habere voluerunt, se similes* esse *malint* (Cic., *Parad.* 13).

10 Concordat Tullius De amicitia; de Scipione[1] loquens sic ait: *Quid dicam de moribus*[2] eius, *de pietate in matrem,* quam debilem sustentavit, de *liberalitate in sorores,* quibus depauperatis[3] multa dedit, de *bonitate in suos,* de *iustitia in omnes,* quia cuique suam iustitiam tribuit? *Nota sunt* omnibus (Cic., *Lael.* 11).

11 «Is stirpe *clarus, consilio* providus atque *virtute Hanibalem in Africam redire atque* ab *Ytalia recedere coegit. Alter* Scipio *eximia laude* dictus *Africanus duas urbes huic imperio infestissimas, Cartaginem Numantiamque, delevit* (Cic., *Catil.* 4,21);

12 cuius *Africani* tanta fuit *humanitas* quod *expugnata* per eum *Cartagine circa civitates Cicilie licteras misit ut ornamenta templorum suorum a Penis rapta per legatos recuperarent* et *in pristinis sedibus curarent reponere. Beneficium diis pariter atque hominibus acceptum.* Rursus *huic facto par eiusdem viri humanitas: a questore suo haste subiectos captivos vendente puer eximie forme et liberalis habitus missus est.* Qui *cum* dixisset se *Numidam*[4] *esse, orbum relictum a patre, educatum apud avunculum Maxinissam, eo ignorante immaturam*

1 Romanorum consule *post* Scipione *add. NO*
2 .i. abstinentia et continentia *post* moribus *add. NO*
3 depauperatis *N*: de paupertatis *GO*
4 Numidam *correxi ex Val. Max.*: munda *O*: mundum *N*

adversus Romanos ingressus militiam, et errori illius veniam dandam et amicitie regis fidissimi populo Romano[1] *debitam venerationem tribuendam extimavit. Itaque puerum annulo fibulaque aurea et tunica laticlavia* .i. latos clavos habente *Yspanoque sagulo* .i. pallio *et ornato equo donatum, datis qui eum prosequerentur equitibus, ad Maxinissam remisit, eos victorie maximos fructus ratus* si *diis ornamenta* templorum, *hominibus* et *regibus sanguinem suum restitueret* (Val. Max. 5,1,6–7).

13 *Habeatur vir egregius Paulus ille, cuius currum*[2] *rex potentissimus quondam et nobilissimus Perses honestavit. Sit eterna gloria Mario, qui bis Ytaliam* ab *obsidione et metu servitutis liberavit. Anteponatur omnibus* Pompeianis Cesar[3], *cuius res geste atque virtutes hisdem quibus solis cursus regionibus ac terminis continentur* (Cic., *Catil.* 4,21).

14 Quid de Lutio *Bruto, summo genere nato* et *filio illius qui iuris civilis in primis peritus fuit* (Cic., *Off.* 2,50),, secundum Tullium .II. Officiorum c. *Ut igitur*[4] (Cic., *Off.* 2,46), dicam, *qui et ipse regio dominatu rem publicam liberavit* (*immo* Cic., *Phil.* 1,13), secundum Tullium .IIII. Invectivarum contra Catellinam § *cogitate quantis laboribus* sit fundamentum Romanorum *imperium* (Cic., *Catil.* 4,19), et Valerium .V. c. I § *Africani quoque posteris* (Val. Max. 5,1,6), et § sequenti. Hic Lutius Iunius Brutus fuit primus consul Romanorum, secundum Livium .II. Ab urbe condita c. I § *Brutus prior concedente collega fasces habuit* consulatus[5] (Liv. 2,1,8).»[6]

15 Accedit Policratus .VIIII. c. *In secularibus* (Ioann. Saresb., *Policr.* 5,7 [p. 308]) § penultimo, ibi: *cum ex* multis [exemplis][7] *stratogematibus pateat constantia*[8] *Romano-*

1 populo Romano *correxi ex Val. Max.*: populi Romani *codd.*
2 currum *O (Cic.)*: curam *N*
3 Pompeianis Cesar *codd.*: Pompeius *Cic.*
4 summo genere ... ut igitur *om. O*
5 hic Lutius ... consulatus *om. O*
6 *add. NO*
7 exemplis *delevi*
8 et abstinentia *post* constantia *add. NO*

rum, que inter *virtutes maxime claret,*[1] *si omnium gentium ystorie revolvantur, nichil clarius lucet* (Ioann. Saresb., *Policr.* 5,7 [p. 314]) quam gesta magnifica Romanorum atque virtutes et continentia eorundem.[2] Concordat Ysaie .XXXIII., ibi: *qui claudit oculos suos, ne videat malum* (Vulg., *Is.* 33,15); et Iob XXXI c. in principio, ibi: *pepigi fedus cum oculis meis, ut* non *cogitarem* quicquam *de virgine,* sed recta videant (Vulg., *Iob* 31,1).

16. De vitiis ex visu descendentibus **16,1**

Et est notandum quod visus gulam irritat – Genesis .III., ibi: *vidit mulier lignum* (Vulg., *Gn.* 3,6), et cetera; cupiditatem incitat – Mathei .IIII., ibi: *ostendit ei omnia regna mundi* (Vulg., *Mt.* 4,8); libidinem inflammat – Ecclesiastici .VIIII., ibi: *propter speciem mulieris multi perierunt* (Vulg., *Sir.* 9,9); sicut patet de excidio Troie propter raptum Elene, secundum Livium .V. Ab urbe condita c. I § *nunc de ipsa* (Liv. 5,4,2), ibi: *decem quondam annis urbs* Troia *oppugnata est ab universa Grecia ob unam mulierem* (Liv. 5,4,11); superbiam provocat – Ysaie .XIIII., ibi: Lucifer vidit filium Dei equalem patri. Volens esse similis ei dixit: *Conscendam super astra Dei et exaltabo solium meum et ero similis Altissimo* (Vulg., *Is.* 14,13–14). VZ,4,24,32

Romani enim principes tantam *continentiam* dilexerunt, quod ipsa interdum collapsa indulgentia extitit, sed consulum Romanorum *restituta* confestim militaribus disciplinis *crebras victorias et multa trophea* Romano imperio *peperit* (Val. Max. 2,7,2), secundum Valerium .II. *De disciplina militari* § priore (cf. Val. Max. 2,7,1), et § *eius sectam* 2

1 claret *G*: clarent *NO*

2 sicut patet per Valerium .IIII. *De abstinentia* per totum (cf. Val. Max. 4,3), et dic ut ibi *post* eorundem *add. NO*

Metellus secutus (Val. Max. 2,7,2); et eiusdem .IIII. *De abstinentia et continentia* § *quartum et vigesimum annum agens Scipio* (Val. Max. 4,3,1), et § sequenti, et dic ut notatur ibi de commodis continentie et eius observatione.

17,1 17. De coloribus signorum bellicorum populi Romani

VZ,4,24,33 Postquam supra proxime dictum est de significatione dictorum signorum et colore crucis, partis huiusmodi signorum, dicendum restat de coloribus elementorum eorundem et ipsorum colorum significatione. Et est sciendum quod elementa signorum huiusmodi sunt coloris aurei, quod metallis dignitate et virtute prevalet universis, per quod Romanorum sapientia que numquam fallitur designatur, sicut legitur in legenda sancti[1] Silvestri pape §[2] senatorum[a], quorum sapientia auro comparatur, que dotibus omnibus antecedit – Ysaie .XI., ibi: *requiescet super eum spiritus sapientie et intellectus* (Vulg., *Is.* 11,2); et Mathei .II., ibi: *apertis thesauris obtulerunt ei munera aurum* (Vulg., *Mt.* 2,11), et cetera.

2 Nichil est enim quod magis oportuerit Romanos, omnium rerum dominos, habere quam sapientiam, per quam populos sibi subiectos scirent provide gubernare ad instar regis pacifici Salomonis a Deo sapientiam postulantis. Concordat Digestorum *De iustitia et iure* l. *Iustitia,* versu *Iurisprudentia* (*Dig.* 1,1,10,2), et est ratio quia[3] sapientes quidem fallere nolunt, falli non possunt; et Mathei .X., ibi: *Estote prudentes sicut serpentes* (Vulg., *Mt.* 10,16); que res tam nota testes omnino recusat, argumento Tullii Offitiorum .II. c. *Quinque igitur rationibus* (Cic., *Off.* 2,9).

1 sancti *N*: beati *GO*
2 cum *post* § *add. NO*
3 [et est ratio *O*] quia *NO*: ibi *G*

Nam ius[1] nature Romanorum est, quod non opinio genuit sed quedam vis innata inseruit in eis prudentiam, sapientiam et totius continentie gravitatem ac consilii maturitatem et verecundiam, secundum Valerium .II. *De institutis antiquis* § *veneranda quidem* (Val. Max. 2,1,6), ubi cavetur expresse quod *nec pater cum filio nec socer cum genero lavabantur* (Val. Max. 2,1,7), et § *maiores natu* (Val. Max. 2,1,10), et § *fidum erat et altum* (Val. Max. 2,2,1), et § *magistratus vero prisci* (Val. Max. 2,2,2), et § *laudanda etiam populi* Romani *verecundia* (Val. Max. 2,3,1); et eiusdem .IIII. c. *De abstinentia* (cf. Val. Max. 4,3) et c. *De verecundia,* in principio, ubi dicitur quod verecundia *est parens omnis honesti consilii, tutela omnium solempnium offitiorum et innocentie magistra, cara proximis, alienis accepta et omni tempore favorabilis* (Val. Max. 4,5,PR.); et eiusdem .VI. c. *De pudicitia* (cf. Val. Max. 6,1), per totum; 3

vel aliter per aurum intelligitur mandatum divinum – Psalmi: *Dilexi mandata tua super aurum et topation* (Vulg., *Ps.* 118,127) .i.[2] claritatis operationem que per thopation designatur; vel aurum est vita probata que non deficit in probatione – Proverbiorum c. XXVII, ibi: *quomodo in fornace aurum* (Vulg., *Prv.* 27,21), et cetera; vel dici potest quod per aurum intelligantur dotes virtutum Romanorum et mores eorum, quibus, ut dictum est, pre ceteris[3] claruerunt. Concordat Virgilius .VI. Eneidorum: *Discolor* inde *auri per ramos aura refulsit, quale solet silvis brumali frigore viscum fronde virere nova* (Verg., *Aen.* 6,204–206), et cetera. 4

1 ius *NO*: vis *G*
2 .i. *NO*: et *G*
3 pre ceteris *om.* *G*

5 Niger vero color, productus per circumferentias huiusmodi signorum, significat terrorem quo se reddunt superbis hostibus formidabiles – Virgilius .VI.: *parcere subiectis et debellare superbos* (Verg., *Aen.* 6,853). Et notatur plenius in prohemio Institutionum, ibi: *et bellicos quidem sudores barbarice gentes sub iugo nostro deducte cognoscunt,* presertim *Africa* et *alie provincie* universe sub Africa contente (*Inst. Iust., De Inst. promulg.* 1).

LIBER QUINTUS

PR,1 VZ,4,25,1 Explicit liber quartus. Incipit prologus libri quinti de ludis.

Dixi supra proxime de gratis significationibus signorum Romanorum, nec nimis manu parca conscripsi neque habena larga disserui, sed desiderio avido aliis satisfaciendi utiliter electa quedam comprehendi et ex dictis antiquorum aliqua aurivi preclara.

2 Nunc in presenti titulo vacare disposui de ludis Romanorum et ipsorum institutoribus; et primo quid sit ludus; secundo unde dicatur; tertio de institutoribus ipsorum; quarto de causis institutionis eorundem; quinto de loco ac dispositione loci ludorum.

1,1 1. De ludis et spetiebus descriptionis[1] ipsorum

VZ,4,25,2 Et est sciendum quod duplex est ludendi genus: *unum elegans, ingeniosum* et *facetum,* in *quo genere non modo*

1 spetiebus descriptionis *GO*: descriptione *N*

Plautus noster in[1] *antiqua comedia antiquorum sed philosophorum Socraticorum sunt libri referti* (Cic., *Off.* 1,104). Et huiusmodi ludus describitur in modum qui sequitur infra scriptum. Ludus est ingeniosa et faceta urbanitas antiquorum gestorum, eleganti varietate pulcritudinis decoratus, secundum quod colligitur per Tullium .I. Offitiorum c. *Sequitur ut de una*quaque *reliqua parte honestatis* (Cic., *Off.* 1,93) § *neque enim a natura ita generati sumus, ut ad ludum et iocum facti esse videamur* (Cic., *Off.* 1,103); et eiusdem De optimo genere oratoris c. *Cogitanti* (Cic., *De orat.* 1,1).[2]

2 Et tales ludi dicuntur a luce et splendore, quia lucent et splendent elegantissimis exemplis et gestis magnificis priscorum consulum Romanorum, sicut exempla huiusmodi patent per Valerium per totum, et presertim *De institutis antiquis* (cf. Val. Max. 2,1–6), ubi tractatur plene de exemplis Romanorum condignis memoria[3] retinendis.

3 *Alterum inliberale, flagitiosum* et *obscenum* (Cic., *Off.* 1,104), et talis ludus decribitur in hunc modum. Ludus est obscena et flagituosa petulantia, ingenio pravo[4] et immodesto sermone ystrionum tragicorum et mimorum[5] prolatus,[6] et talis ludus dicitur a luxu .i. denudatione et execratione, quia ibi denudantur vitia per saturas .i. detractores,[7] secundum Livium .VII. Ab urbe condita c. I, titulo *De ludis scenicis* § *et hoc insequenti anno* (Liv.

1 in *codd.*: et *Cic.*
2 et dic ut ibi *post* Cogitanti *add.* *NO*
3 memoria *scripsi*: memorie *codd.*
4 pravo *NO*: pravus *G*
5 mimorum *scripsi*: mimium *codd.*
6 prolatus *G*: probatus *NO*
7 {.i. detractores} *G*: *om.* *NO*

7,2,1); *suppeditat*que[1] corpus nostrum inhonesta[2] *exempla ludendi* (Cic., *Off.* 1,104) et ideo *despicienda est originis macula* huiusmodi ludi, *ne bonus extimetur qui* ab *initio incepit a malo,* secundum Ysidorum libro XVIII (Isid., *Orig.* 18,16,3).

4 Et est ratio quia *inspectio vanitatum* et inhonesta sermonum prolatio *non solum vitiis hominum sed demonum* instigationibus *institute*[3] *esse* dicuntur. Et propterea[4] nullum *debet esse* Christicolis commertium *cum impudicitia theatrica, cum amphitheatri luxuria* et *cum atrocitate arene. Deum enim negant* et canonica instituta contempnunt *qui talia* exercere *presumunt*[a].

2,1 2. De origine ludorum scenicorum

VZ,4,25,3 Scenicorum ludorum originem Lidi ex Grecorum insula Crete ex Asia in Etruriam transvesserunt sub duce Tyreno cedenti fratri regimen Lidiorum, qui tunc certos ritus suarum superstitionum sub ficto religionis velamine instituerunt, spectacula vanitatum prorsus inhonesta, quibus homines per ea que gerebantur ibidem inclinabantur ad malum; quorum Lidorum ludos arcessitis artificibus eorum Romani fuerunt sepenumero imitati. Quos ludos scenicos et spectacula turpitudinum reprobat Augustinus in diversis[5] locis libri De civitate Dei (cf. e.g. Aug., *Civ.* 1,32; 2,6; 2,8; 2,11; 2,13 etc.).

2 Et huiusmodi ludi scenici ritum refert Ysidorus libro

1 suppeditatque *scripsi* (*sed cf.* Cic., *Off.* 1,104): suppeditantque *codd.*

2 corpus nostrum inhonesta *codd.*: campus noster honesta *Cic.*

3 institute *scripsi*: instituti *codd.*

4 propterea *NO*: preterea *G*

5 diversis *G*: pluribus *NO*

XVIII c. XLII, dicens quod Rome erat locus quidam, qui theatrum vocabatur, quod hodie Romano dyomate dicitur agone, et homines stantes ibidem in spectaculis[1] intuebantur quicquid iuvenes intrantes in eodem agebant; qui timentes ab aspicientibus derideri tegebant capita et facies eorum veste ludicra que diversa colorum varietate distinguebatur, ne cognoscerentur, quia finito ludo solebant erubescere ingredientes lupanaria theatri. Nam loca theatralia dicebantur *lupanaria* et *fornicaria* a *fornicibus* (Isid., *Orig.* 10,110; 18,42) .i. arcubus constructis ibidem[2] in similitudinem hedificiorum arcuatorum et fornacium.

3 Que loca theatralia dicebantur fornices, nam fornis est arcus lapideus qui de coctura fornacis extrahitur, vel quia arcuatus sit ut fornax; que arenaria apellantur, in quibus erant meretrices quas post ludos exactos fornicarii iuvenes abutebantur. Rursus in huiusmodi loco theatrico solebant *ystriones, comedi, mimi* ac *tragedi*[3] peruncti ore fecibus *canere* satyrice *gesta regum sceleratorum* (Isid., *Orig.* 18,44–45) et reginarum incontinentiam et in ipsorum cantibus *denudabant* (Isid., *Orig.* 8,7,7) facinora eorundem. *Comedi* vero *privatorum hominum acta virginumque* infelicium *strupra et meretricum* fornicationes ac mores turpissimos satyrico carmine comprehensos detegebant (Isid., *Orig.* 18,46; cf. 8,7,6).

4 Deinceps erant ibi *mimi, impudicarum feminarum* vestimenta, ritum et gesta ferentes,[4] deridentes deformiter ore torto in ipsorum fabularum recitatione turpitudines scele-

1 {in spectaculis} *G*
2 {ibidem} *G*
3 .i. fediti *post* tragedi *add. N*
4 secundum Ysidorum c. *De palliis feminarum* libro XXIIII (Isid., *Orig.* 19,25,5) *post* ferentes *add. N*

ratarum gentium derisibiles (Isid., *Orig.* 18,48–49); in hiis omnibus commessationi et temulentie .i. ebrietati et aliis innumeris lasciviis veneriis inter se more satyrico vacabant «secundum Valerium .II. c. I § *personarum usus pudorem circumvente temulentie causam habet* (Val. Max. 2,5,4).»[1]

Ridicula insuper inserta *versibus* satiricis .i. detractoriis[2] *iactitare ceperunt,* quibus *tamquam* ludicre *artis* expertis ab aspicientibus consueta munera prestabantur. *Quod genus ludorum paulatim conversum in artem ab Atellanis et Oscis acceptum tenuit* Romana *iuventus,* secundum Livium .VII. Ab urbe condita c. I (Liv. 7,2,11–12).

6 Quorum *spectacula Christianus* quilibet debet odire, quorum audit auctores;[3] unde non solum tales ludi, in quibus luxus est .i. immoderatus excessus cuiuslibet rei, a iure veteri prohibentur. Quo cavetur expresse ne quis ludos illos appellet ex quibus crimina oriuntur, presertim cum oporteat studentes prius animas et postea linguas facere eruditas, quibus nichil amplius obest quam habere animas dissolutas, iuxta illud Sapientie: *in malivolam animam non introibit sapientia nec habitabit in corpore* subiecto *peccatis* (Vulg., *Sap.* 1,4).

3,1 3. De primis institutoribus[4] ludorum Romanorum[5]

VZ,4,25,4 Et est sciendum quod ludus fuit primo Rome ab Evandro inchoatus, qui dicitur Pan .i. deus peccatorum, quem transtulit in Italiam, de Archadia provincia et civitate Pa-

1 *add. N*
2 {.i. detractoriis} *G*
3 secundum Ysydorum libro XX c. *De execratione ludorum* (Isid., *Orig.* 18,59) *post* auctores *add. N*
4 institutoribus *NO*: institutionibus *G*
5 Romanorum *GO*: scenicorum *N*

lantea in Palatino monte in urbe sito translatus; ibique templum hedificavit quod Lupercal vocabatur, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. IIII § *iam* cum *in Palatino monte Lupercal hoc fuisse ludicrum* .i. ludum *ferunt* (Liv. 1,5,1).

Est autem *Lupercal*[1] quidam deus *lupos arcens,* ne *pecoribus* noceant, et *inde Lupercal festum Pan* .i. illius dei[a]. 2

4. De Romulo secundo institutore ludorum Romanorum et causa instituendi eos 4,1 VZ,4,25,5

Post hunc ludum, cum Roma per Romulum adeo esset aucta, quod *incredibile memoratu foret quam facile coaluerit,* secundum Salustium c. *De virtute antiqua Romanorum,* quasi in principio (Sall., *Catil.* 6,2), *ut cuilibet finitimarum civitatum* potentia *esset* equalis, *sed* debilis *mulierum penuria,* quarum defectu *spes prolis* deerat, *nec cum finitimis* populis posset habere *connubia. Ex consilio patrum* .i. senatorum Romanorum *legatos circa gentes* finitimas destinavit *qui sotietatem* et *connubia novo populo* Romano *peterent*; qui *ne gravarentur cum hominibus* extraneis *sanguinem ac genus* eorum *commisceri. Nusquam* ipsius Romuli *legatio* extitit *exaudita* sed obaudita potius. *Egre id Romana pubes passa,* non *dubie ad vim spectare* connubium ipsum *cepit.*

Tunc *Romulus* dolorem *animi dissimulans ludos ex industria parat. Indici finitimis iubet* ludorum *spectaculum* ipsosque, *quanto apparatu sciebat* et *poterat, celebrat, ut rem claram* diuturna cura *faceret* ⟨*et*⟩[2] *expectatam.* Ad quos *multi mortalium convenerunt* causa *nove urbis vidende,* presertim vicini *proximi* et *multitudo omnis Sabinorum cum liberis* et ipsorum *coniugibus.* Qui *cum urbem vidissent et menia* ac *si-* 2

1 Lupercal *codd.*: Lupercus *Ioann. Balb.*
2 et *supplevi ex Liv.*

tum, mirantur in intimis *tam brevi* tempore auctam, at *ubi spectaculi tempus venit dediteque mentes cum oculis essent, tum ex composito* violentia *orta signoque dato iuventus Romana* potissime militaris *ad rapiendas virgines discurrit.* [Ut][1] *rapte in quem queque inciderat*[2] [manus];[3] *domos* proprias *deferebant; inde nuptialem vocem factam.*

3 Tunc *turbato per metum*[4] ludo *mesti parentes virginum* raptarum *profugiunt,*[5] *incusantes fedus hospitii violati invocantesque deum* quod *per fas* et *fidem decepti venissent ad ludos. Nec raptis* virginibus *spes de se melior aut indignatio minor* extat. Tunc *Romulus* spectacula *circuiens docebat* cunctos *id factum superbia patrum* raptarum virginum esse, *qui* Romanis *connubia denegaverant, illas*que [Romanas][6] *in matrimonio* et *sotietate fortunarum omnium* ac *civitatis*[7] *et quo nichil carius liberorum humano generi sit* acceperunt, et ut [Romani][8] *mollirent* ipsarum raptarum *iras, quibus* sors *corpora dedisset, darent* et ipse *animos*; verum cum *sepe ex iniuria postmodum gratia oriatur, eoque*[9] *melioribus usuras viris quod adnisurus quisque sit* ⟨*ut*⟩,[10] *cum suam vicem funtus offitio sit, parentum etiam patrieque expleant desiderium. Accedebant* etiam *blanditie virorum purgantium factum* .s. filiorum habendorum *cupiditate atque amore, qui maxime ad*

1 ut *delevi*

2 quem queque inciderat *correxi ex Liv.*: quemcumque inciderant *codd.*

3 manus *delevi*

4 metum *correxi ex Liv.*: modum *codd.*

5 .i. procul fugiunt *post* profugiunt *add. NO*

6 Romanas *delevi*

7 civitatis *correxi ex Liv.*: civitate *codd.*

8 Romani *delevi*

9 eoque *correxi ex Liv.*: easque *codd.*

10 ut *supplevi ex Liv.*: *om. codd.*

muliebre placandum *ingenium efficaces preces* existunt. *Iam admodum mitigati animi raptis erant,* secundum Livium .I. Ab urbe condita c. VII per totum (Liv. 1,9,1–10,1).

5. De ludis Circeis 5,1

Postquam Romani cessaverunt a bellis, subactis predatisque Latinis per Tarquinium Romanorum regem, *tunc primum circo, qui* tunc *Maximus dicebatur,* per eum *designatus est locus,* in quo homines conveniebant ad spectacula. Et Romanus populus stans ludos scenicos speculabatur una cum patribus et equitibus urbis; *erant*que ibi *equi pugilesque* innumeri *ex Etruria* presertim *acciti. Solempnes deinde ludi Romani,* per multa temporum curricula permanentes, *Magni* fuerunt postea *appellati* (Liv. 1,35,8–9), secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XXII § *bellum primum cum Latinis* (Liv. 1,35,7); VZ,4,25,6

in quo *per quingentos quinquaginta et otto annos senatus populo mixtus spectaculo ludorum interfuit* (Val. Max. 2,4,3), secundum Valerium .IIII. c. V § I qui incipit: *Sed ut a laudibus* (Val. Max. 4,5,1). *Sed hunc morem Attilius Serranus et Lutius Scribonius ediles,* ad quos spectabat *ludos* Circenses[1] ex offitio ordinare, *posterioris Africani secuti sententiam discretis locis* spectaculi *senatus et populi solverunt* inprovide,[2] *eaque* locorum discretio *animum vulgi et favorem Scipionis magnopere* percussit,[3] secundum Valerium .II. *De institutis antiquis* § *per quingentos* (Val. Max. 2,4,3). 2

Interea civitate Romana a bellicosis operibus revocata,[4] perditis moribus veteris discipline et aliis innumeris 3

1 Circenses *codd.*: Matri deum *Val. Max.*

2 inprovide *NO*: morem *G*

3 percussit *G*: exinanivit *NO*

4 civitate Romana ... revocata *scripsi*: civitatem Romanam ... revocatam *codd.*

ipsorum penas[1] exigentibus[2] culpis, presertim propter culturam deorum spretam et religionem ab eis neglectam, permisit Deus Romanos puniri, sicut frequenter eis occurrit, et ex innumera intemperie celi affligi.

4 Quorum causa *pestilentia ingens* funerum fuit raptim in urbe *exorta*; que mala cum *nec humanis consiliis neque ope* aliqua[3] *levarentur,* tunc *victis* tantis malis animis Romanorum ad *celestium irarum placamina* (Liv. 7,1,7; 2,3) senatus populum Romanum ad instar Nume Popilii secundi regis Romani *ad deos ac vota convertit. Iussit* insuper ut ipsi *cum coniugibus ac liberis* ipsorum *supplicatum* deos *irent pacemque* ipsorum *exposcerent*[a], sed cum ex hoc *nec causa nec finis* insatiabilis pestis *inveniretur* occasionibus supra dictis, tunc *libri Sibilini ex senatus consulto aditi sunt.* Triumviri[4] noviter creati *sacris faciendis, lectisterniis* **[XXII]** tribus *primum in urbe tum factis*; deinceps *per dies VIII* continuos *Appolinem, Latonam, Dianam, Herculem Mercuriumque, Neptunum* deos *quam amplissime tunc parari poterant* [festa][5] *stratis lectis placarunt. Privatim quoque id sacrum celebratum est* ab omnibus. *Tota urbe patentibus ianuis promiscuoque usu rerum omnium in propatulo posito, notos innotosque,* presertim *advenas,* per *hospitia ductos ferunt et cum inimicis benigne ac comiter sermones habitos; iurgiis ac litibus temperatum* **[XXIII]**; *vinctis quoque vincula* dissoluta (Liv. 5,13,5–8).

5 Ludi quoque scenici et spectacula resumpta et reparata solemniter ut prius in circo, vico longissimo, per cuius

1 penas *O*: peccatis *GN*
2 exigentibus *scripsi*: exigentibusque *codd.*
3 aliqua *codd.*: divina *Liv.*
4 triumviri *codd.*: duumviri *Liv.*
5 festa *delevi*

medium aqua decurrit ad temperandum ludentium estum et lassitudinem cursus, sicut hodie etiam patet ad oculum. Propter cultum reparandum deorum et adsistentium delectationem *ludiones ex Etruria* fuerunt *acciti,* qui *more Tusco dabant* ibidem *motus* varios et[1] *indecoros,* et *quia hystrio Tusco* sermone *ludio* ante[2] *vocabatur,* ideo huiusmodi ludiones fuerunt *ystriones* postea appellati (Liv. 7,2,4; 6), secundum Livium .II. Ab urbe condita c. XII (cf. Liv. 2,36); et eadem decada libro V c. V § *insignis* (Liv. 5,13,1); et dicta decada libro VII c. I § *et hec insequenti anno* (Liv. 7,2,1). Concordat Valerius .II. *De institutis antiquis* c. I § *nunc causam instituendorum ludorum* (Val. Max. 2,4,4).

6 Accedit Tullius .III. Invectivarum contra Salustium,[3] dicens quod propter culturam deorum spretam et religionem eius neglectam *quam plures res in Capitolio de celo esse percussas; symulacra* etiam *deorum* immortalium *depulsa sunt; statue* veteranorum *hominum deiecte et regum era liquefacta et tactus est etiam ille qui hanc urbem condidit Romulus, quem inauratum in Capitolio, parvum atque lactatum, uberibus lupinis ⟨inhiantem fuisse meministis⟩.*[4] *Quo quidem tempore cum aruspices ex Etruria convenissent, cedes atque incendia et legum interitum et bellum civile ac domesticum et totius* orbis[5] *atque imperii occasum appropinquare ⟨dixerunt⟩,*[6] *nisi dii immortales omni ratione* precati

1 varios et *codd.*: haud *Liv.*
2 ante *G*: antea *NO*
3 que incipit: *Rem publicam* (Cic., *Catil.* 3,1) § *nam profecto* (Cic., *Catil.* 3,19) *post* Salustium *add. NO*
4 inhiantem fuisse meministis *supplevi ex Cic.*: *om. codd.*
5 orbis *codd.*: urbis *Cic.*
6 dixerunt *supplevi ex Cic.*: *om. codd.*

fuerint,[1] *facta ipsa flexissent. Itaque illorum responsis tunc et ludi per decem dies facti sunt neque res ulla que ad placandos deos pertineat pretermissa est* (Cic., *Catil.* 3,19–20), et cetera.[2]

6,1 6. De lectisterniis[3]

VZ,4,25,6 Et est sciendum quod lectisternium est lectus electus et preparatus, ubi Rome summi pontifices aut alii solempnes viri pausare et sedere consueverunt diebus solennibus festorum.[4]

7,1 7. De denominatione[5] ludi Circei

VZ,4,25,7 Dicitur autem *ludus Circeus a circuitu ensium*[a] et armatorum hominum stantium per circuitum spectaculi; qui circus erat situs inter palatium maius et montem Aventinum, clausus duabus portis ereis, quarum una respiciebat orientem et altera occidentem. Fuit mire pulcritudinis et delectationis ita quod in visione ludi nemo venientium alterum offendebat terrore lictorum armatorum custodientium ipsum ludum et spectacula[6] circi. Ibique erant rursus duo equi erei, ingentes, deaurati, qui magica dispositione dispositi provocabant ad cursum equos ludentium in eodem; quos secundum cronicas Romanas Constantinus Romanorum monarcha secum Constantinopolim detulit[b].

2 Eratque in loco eodem quidam lapis ingens thuphei

1 precati fuerint *codd.*: placati suo numine prope *Cic.*
2 {Accedit Tullius ... et cetera} *G*
3 in quibus stabant *post* lectisterniis *add. N*
4 {diebus solennibus festorum} *G*: *om. NO*
5 denominatione *G*: nominatione *NO*
6 circuli seu *post* spectacula *add. N*

speciei[c], ubi propter magnitudinem eris alieni debitores stabant temporibus iustitie super eo, et ut debitores huiusmodi a carcere liberarentur quo propterea tenebantur, ibidem vinculis sub arta custodia ligati[1] cedebant bonis, ipsorum publice presentibus creditoribus, verberantes huiusmodi lapidem cum culo ipsorum vicibus repetitis totidemque sermonibus dicentes: „Cedo bonis," quo facto confestim debitores a debito liberabantur et carcere, quibus ante cessionem eandem permanebant astricti; unde dyomate Romano hodie dicitur derisorie creditoribus talium cedentium bonis:[2] „Pacate ad lo tofo de Cierchio," super quo excluditur inanis petitio creditorum inopia debitorum cedentium bonis.

8. De carceribus Romanorum et causis inventionis eorundem **8,1** VZ,4,25,8

Dictum est supra de ludis et speciebus eorundem. Nunc dicendum est in presenti de causis quibus[3] fuerunt carceres instituti et per quem et in quo loco urbis. Circa quod[4] sciendum est quod temporibus Anci Martii, quarti regis Romani, *auctis rebus ingenti incremento* civitatis Romane, *acceptis* infra menia urbis *multis milibus Latinorum, Ianiculum quoque adiectum* est urbi *non inopia loci, sed ne quando ea* arva *hostium essent, ponte Sublicio tum Tiberi primum facto. Cum in tanta multitudine hominum facinora clandestina* patrarentur, *carcer ad terrorem increscentis audacie media urbe iminens foro edificatur,* secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XX circa finem (Liv. 1,33,5–6; 8);

1 ligati *G*: alligati *NO*
2 bonis *scripsi*: bona *codd.*
3 quibus *GO*: quare *N*
4 quod *NO*: quos *G*

«concordat Tullius .IIII. Invectivarum contra Cathelinam, dicens quod *vincula ad singularem penam* veterani *sceleris sunt inventa* (Cic., *Catil.* 4,7);»[1]

2 unde Salustius de Romanorum carcere loquens[2] ait: *Est locus in carcere qui Tullianum appellatur; ubi paululum ascenderis ad levam, circiter XII pedes humi depressus* est; *eum*que *muniunt undique parietes*[3] *atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta* est, *sed inculta tenebris* et *odore feda atque terribilis est facies eius. In eum locum indices*[4] *capitalium rerum, quibus preceptum erat, laqueo gulam* facinorosis *frangebant* (Sall., *Catil.* 55,3–5).

3 Sed Iuvenalis Satyra III prope finem de Romanorum-carcere[5] loquens sic ait: *Viderunt uno contentam carcere* .s. Tulliano *Romam* (Iuv. 3,314). Et est ratio quia cum olim in urbe Romana essent innumeri crassatores, quorum timore cauponarii et alii incole civitatum ac negotiatores rerum diversarum tenerent clausas stationes ipsorum, ne latrones latitantes in palude ville Pontine et silva que Gallinaria dicebatur, sita in territorio cuiusdam castri quod dicitur Gallese[a], per quam mercatores[6] mercimoniorum venientes Romam frequenter spoliabantur ab eis, quia illis temporibus Roma erat latronum refugium et concursus innumerus talium crassatorum, ubi per eos tenebrosis noctibus occasione capta[7] multa mala patrabantur ubique, propter[8] quod huiusmodi loca ceperunt sub re-

1 *add. N*
2 sic *post* loquens *add. NO*
3 parietes *correxi ex Sall.*: parietibus *codd.*
4 .i. lictores *post* indices *add. NO*
5 carcere *NO*: carceribus *G*
6 mercatores *G*: negotiatores *NO*
7 capta *G*: captata *NO*
8 propter *NO*: per *G*

gum, consulum et tribunorum regimine custodiri solerter et ipsorum preceptis a Romanis militibus summa cum diligentia tales undique indagari.

Et cum plerique ab huiusmodi custodibus caperentur 4 et sub artissimis cathenarum vinculis tenerentur severissime colligati, contingebat interdum quod propter innumerabilem talium reorum superexcrescentiam inopia ferri cathenarum vincula et alii compedes ferrei deficiebant et non sufficiebant ad vinculandum. Et ideo, ne deficerent vomeres et ligones et alia instrumenta rustica quibus terra excolitur[1] et cutiuntur metalla, necnon et ancore marine[2] quibus classes reguntur in mari temporibus procellosis[3] deessent, solerti consilio decretum extitit per reges, consules et tribunos huiusmodi, ut certo loco Rome carcer fieret tenebrosus ad terrorem, ut prefertur, crassantium eorundem, secundum Iuvenalem satyra predicta prope finem (cf. Iuv. 3,302–314).

LIBER SEXTUS

Explicit liber quintus. Incipit prologus libri sexti. **PR,1**

Sedulo supra proxime dedi operam de ludis et carceribus ac causis institutionis eorundem. Nunc in presenti referam breviter qualiter civitates, muri, turres, propugnacula et porte urbium construantur et a quibus fuerunt primitus clause muris et quare et presertim de primis conditoribus murorum, turrium, propugnaculorum et portarum urbis Rome et eius situ ac dispositione loci et voca- VZ,4,25,10

1 {ex}colitur *G*
2 ancore marine *scripsi*: ancora marina *codd.*
3 quoquo modo *post* procellosis *add. N*

bulis propriis earundem portarum ipsarumque denominatione.

1,1 1. De dispositione urbium

VZ,4,25,11 *Urbes* disponuntur *natura aut* construuntur *manu aut utroque* .s. natura et manu. Disponuntur autem natura per respectum ad montes et solum altum lapideum vel *abrutum* seu proclivum, ita ut unus alterum possit defendere et sit facilis defensionis et difficilis inpugnationis. Sit etiam *mari circumfuso*[a] vicina aut flumen mediterraneum habeat et habundet arida, ita ut ab utroque mari, flumine et terra sibi proveniant necessaria alimenta et oportuna auxilia contra hostes. Que tamen debet a mari distare, quod infirmitates et alia incommoda *classium externarum* sibi non noceant, et ita esse civitati propinqua, quod necessaria possint inde portari de facili, secundum Livium .V. Ab urbe condita c. ultimo (Liv. 5,54,4), et Philosophum .VII. Politicorum (Arist., *Pol.* 1327a3–28).

2 Sit etiam ibi *lignorum et pabulorum* ac fontium *copia,* qui nequeant cuniculis ad locum alium derivari de facili, et quod ipsorum *campi* non subiaceant *inundationi* aquarum *torrentium* de facili. Insuper *caveatur ne mons sit* ei *vicinus* vel locus *altior qui ab adversariis captus possit officere* incolis civitatis, secundum Vegetium .I. c. XXII (Veg., *Mil.* 1,22).

3 Et rursus pars[1] civitatis in qua morantur gubernatores et defensores civitatis ***[2] debent esse virtuosi, et operentur secundum virtutem. Sit preterea fortis fossis, murorum circuitu alto et turribus altioribus muris, ut si scalis

1 pars G^{ac} *NO*: partes G^{pc}

2 *lacunam indicavi*

vel alio aliquo ingenio muri caperentur, stantes in turribus maioribus possint repellere adversarios iactu saxorum vel contorum ferratorum impulsu. Quas urbes primi mortalium *Cyrus* rex Persarum *in Asia, Lacedoni et Athenienses in Grecia* primitus condiderunt, secundum Salustium prohemio libri primi (Sall., *Catil.* 2,2). Qui muri et turres ac porte civitatum, prout refert Cato libro Originum[b], fuerunt ab antiquis constructe ordine infra scripto.

2. De modo hedificandi urbes novas et cautela adhibenda circa muros 2,1 VZ,4,25,11

Nam cum antiqui vellent civitatem aliquam de novo fundare, recipiebant taurum et vaccam iugo per colla ligatos et apposito aratro iugo ducebant per circuitum sulcum et locum murorum designabant sulco. Cum ergo veniebant ad locum ubi porta civitatis esse debebat, suspendebant aratrum iugo, ne tangeret terram, et ab illa suspensione[1] aratri locus ille dicebatur porta et ubi sulcus erat productus, vocabant murum et ubi in sulco palum vel hastam affigebant, vocabant propugnacula sive turrim.

Ex quibus civitas redditur fortior et tutior munitione predictorum ad repellendum impetum adversariorum[2]; et hostes cum vident civitatem munitam muris et crebrioribus[3] turribus, perhorrescunt contra talem civitatem insurgere, presertim cum vident eam non posse de facili capere. Muri ergo et turres ac porte reddunt civitatem fortiorem et magis decoram, si fiant in locis oportunis[b]; 2

et *quantum proficiat murorum* congeries civitati, *docu-* 3

1 suspensione *NO*: suspectione *G*

2 secundum Uguictionem c. *Iam* (Hug., fol. 101v–102r)[a], et dic ut ibi *post* adversariorum *add. N*

3 {crebrioribus} (cf. Veg., *Mil.* 4,2) *G*: *om. NO*

mentum est Roma que salutem civium defensione Capitoline archis servavit incolumem, *ut gloriosius postea totius orbis possideret imperium* (Veg., *Mil.* 4,PR.), secundum Livium .V. Ab urbe condita c. XX § *digredientibus* (Liv. 5,40,2), et Vegetium .IIII. De re militari in fine prohemii.

4 Et est sciendum [XXIV] quod *veteres ambitum muri directum ducere noluerunt, ne ad ictus arietum esset dispositus, sed* angulosis *anfractibus, iactis fundamentis, urbes* muris *clauserunt* et *crebriores turres in ipsis angulis* construxerunt. Et est ratio, nam *si quis ad*[1] *murum tali ordinatione constructum* temptaverit *scalas* apponere sive *machinas, non solum a fronte sed etiam a lateribus* atque *tergo velut in sinum clausus* iactibus lapidum et diversis ictibus *opprimitur,* secundum Vegetium .IIII. De re militari c. II (Veg., *Mil.* 4,2).

3,1 3. De dispositione murorum civitatis

VZ,4,25,13 *Murus autem ut numquam possit deleri, hac ratione perficitur. Vallo vicenum interposito pedum duo intrinsecus* et extrinsecus *parietes fabricantur. Deinde terra, que de fossis fuerit egesta, inter illos mittatur* et malleis *vectibusque densetur, ita ut a muro primus paries pro rata inferior,*[2] *secundus longe minor ducatur, ut de plano civitatis ad similitudinem graduum quasi clivo molli usque ad* turrium *propugnacula possit ascendi, quia nec murus potest arietibus rumpi, quem terra confirmat, et quovis casu destructis* murorum *lapidibus* terra, *que inter parietes densata fuerit, ad muri vicem ingruentibus*[3]

1 {ad} *G*

2 pro rata inferior *correxi ex Veg.*: partis inferioris *codd.*

3 ingruentibus *correxi ex Veg.*: ingruentis *codd.*

mole firmitatis *obsistit,* secundum Vegetium .IIII. c. III (Veg., *Mil.* 4,3).

4. De custodia portarum alicuius civitatis ne igne exurantur ab hostibus **4,1** VZ,4,25,13

Caveatur preterea ne porte civitatis *subiectis ignibus exurantur, propter quod sunt coriis* salitis *ac ferro tegende; sed amplius prodest, quod invenit antiquitas, ut ante portam addatur propugnaculum, in cuius ingressu* duo *ponuntur* foramina, quorum unum recipit *catarattam, que anulis ferreis ac funibus pendet, ut si hostes intraverint, dimissa eadem extinguntur inclusi,* per alterum anteriori parte positum *aqua,* cum necesse fuerit, possit *effundi, ut subiectum incendium* porte *extinguat.* Interea *tamen supra portam est murus* alius in modum propugnaculi *ordinandus, ut accipiat foramina per que de superiori parte* emittantur manu lapides et sagitte balistis ad repellendum a porta hostium impetum, secundum Vegetium .IIII. c. III (Veg., *Mil.* 4,4).

5. De foveis ante portas et muros urbis faciendis **5,1** VZ,4,25,15

Fosse autem ante urbium portas et murorum ambitum *latissime* et profunde *faciende sunt, ut nec facile possint coequari replerique ab ossidentibus et, cum aque* fossarum *ceperint redundare, ab aversario cuniculum continuari minime patiantur. Nam dupplici modo opus subterraneum* per obsessos impeditur: fossarum profunditate *et inundatione prohibetur* aquarum, secundum Vegetium .IIII. c. V (Veg., *Mil.* 4,5).

6. De cautelis habendis ne hostes muros occupent civitatis **6,1** VZ,4,25,16

Formidant[1] plerique *ne multitudine sagittariorum de pro-*

1 formidant *scripsi*: formidatur *G (Veg.)*: formidantur *NO*

pugnaculis exterritis defensoribus appositisque scalis occupent murum adversarii. Tunc *catafrattas* et *scuta in civitatibus debent* obsessi *habere quam plurima; deinde per propugnacula duplicia saga cilicina* aqua salita madefacta, ne igne iacto sagittis urantur, confestim *tendantur,* que *impetum excipiant sagittarum; neque enim facile transeunt spicula* rem *que cedit* aut *fluctuat. Inventum quoque remedium est, ut de ligno crates facerent, quas metellas vocaverunt,* et *lapidibus implerent, ea arte inter bina propugnacula constitutas, ut si* super *scalas ascendisset hostis et partem aliquam ipsius* civitatis *contigisset, supra caput suum vergeret saxa,* secundum Vegetium .IIII. c. VI (Veg., *Mil.* 4,6).

7,1 7. De constitutione civitatum in solo plano

VZ,4,25,17 Dictum est supra proxime qualiter urbes disponantur natura. Nunc vero dicendum est qualiter construuntur manu in plano. *In plano queritur fundantis industria; videmus antiquissimas civitates ita in campis patentibus constitutas, ut deficiente auxilio locorum arte tamen et opere*[1] *reddun-tur invicte*[a].

8,1 8. De nominibus illorum principum qui civitatem Romanam primitus condiderunt et primo de Noe primo urbis conditore

VZ,4,25,18 Modum constructionis et dispositionis urbis Romane demonstrat *Estodius,* dicens quod *postquam filii Noe hedificaverunt turrim,* ubi fuerunt lingue confuse, quia *terra* ante constructionem turris Babillonis *erat unius labii* – Genesis

VZ,4,25,21 c. XI (Vulg., *Gn.* 11,1) –, *Noe cum* aliquibus navigia *ingressus,* mare transiens atque amnes, aptatis ad excipien-

1 murorum, turrium atque vallorum profunditate *post* opere *add. NO*

dum ventorum impetum velis,[1] que huc atque illuc cursum navigii torqueant, exemplo piscium qui cauda reguntur et levi in utroque momento velocitatem suam flectunt[a], *venit* in *Ytaliam* et in *eo* solo, *ubi nunc Roma est,* que interpretatur *sublimitas*[b], *civitatem construxit nominis sui,* et dicitur hodie a Romanis archa Noe, ubi habetur hodie macellum prope turrim Comitum, *in qua et laboribus et vite terminum dedit*[c]. VZ,4,25,21

9. De Iano secundo conditore urbis **9**,1

Ianus vero filius Iaphet et nepos Noe manseolum et civitatem construxit in quodam monte ultra Tiberim, quem suo nomine Ianiculum appellavit, secundum Trogum libro XLIII[a]; VZ,4,25,25

qui mons vocabatur Aureus ab aura que iugiter ibi flat, ubi est hodie ecclesia quedam que dicitur Sancti Petri Montis Aurei. 2

10. De Nembroth tertio urbis conditore **10**,1

Deinde Nembroth pronepos Noe, filius Chus et nepos Cham et Iani secundi conditoris urbis, qui postea dictus est Saturnus, expulsus[2] a Iove filio suo et in silvis expositus[3] per Ream matrem suam, ne eum Iuppiter pater eius devoraret, ac nutritus[4] per Amalcheam et Mellissam filias Mellisse regis Cretensium, secundum Lactantium .I. c. XXII (cf. Lact., *Inst.* 1,22,19), de insula Crete Romam veniens permissione Iani patrui sui construxit sibi habita- VZ,4,26,4 VZ,4,26,5

1 [et additis a*O*] tergo gubernaculis *post* velis *add. NO*
2 expulsus *N*: expulso *GO*
3 expositus *scripsi*: exposito *codd.*
4 nutritus *scripsi*: nutrito *codd.*

tionem, ubi nunc est Capitolium, secundum Trogum libro XLIII (cf. Iust. 43,1,5)[a].

11,1 11. De Ytalo rege quarto conditore urbis

VZ,4,26,8 *Illis* quoque *diebus Ytalus rex ad Ianum et Saturnum veniens* de *Syracusis* ipsorum permissione *construxit civitatem iuxta Albulam* tunc, nunc *Tiberim*[a] Romanum vocatum;[1] quam Ravennam appellavit «.i. refugium et ripam venientium navium a mari ad Tiberim Romanorum ripam;[2]»[3] ipsam quoque[4] populavit pastoribus quos fecit civiliter vivere, quique postea statuit primum modum conviviorum publicorum, secundum Philosophum .VII. Politicorum (Arist., *Pol.* 1329b8–18), et a dicto *Ytalo* fuit postea *Ytalia* appellata[b], que hodie Transtiberim nuncupatur.

2 «Et notandum quod *Ytalus, Sabinus et Sicanus fratres fuerunt,* a *quibus nomina regionibus quas tenuerunt divisim interposita sunt* [descenderunt],[5] *nam ab Ytalo rege dicta est Ytalia, a Sabino Sabina et a Sicano Syania* .i. Sicilia[6] dicta est. Rursus *notandum quod Ytalia olim a Grecis* capta *Magna Grecia dicebatur,* secundum Uguicionem c. *Ytalus* (Hug., fol. 108r)[c].»[7]

12,1 12. De Iove filio Saturni quinto urbis conditore

VZ,4,26,8 Rursus Iuppiter Saturni filius Romam veniens patrem suum de arche Capitolii, quam prius construxerat, eiecit, secundum Trogum libro et c. proximis (cf. Iust., 43,1,5),

1 iuxta Albulam tunc, nunc Tiberim Romanum vocatum *NO*: Albulam iuxta Tiberim Romanum *G*
2 venientium ... ripam *om. O*
3 *add. NO*
4 ipsam quoque *G*: ipsamque *NO*
5 descenderunt *delevi*
6 .i. Sicilia *N*: unde Sicanus a um .i. Siciliensis *Hug.*
7 *add. N*

ipsamque archem Iovis templum mandavit de cetero nuncupari, ubi postea Romulus voto templum Statori Iovi, quod monumentum sit posteris, edificavit, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. IX § *Iuppiter* (Liv. 1,12,4);
hinc[1] *saltem* .i. ab hac arche proditorie capta a Tacito Sabinorum rege *arce* Sabinos *hostes,* secundum Livium dicta decada libro et c. proximis in principio (Liv. 1,12,5). 2

13. De Fauno filio Pichi sexto conditore urbis **13**,1
Post hunc Iovem Faunus filius Pichi et nepos Saturni ad urbem veniens sub Capitolio monte prope Capre paludem construxit habitationem que Aurelia dicebatur, in qua erat ara deorum ubi dii maxima cum reverentia celebrabantur[2] ab eo genteque sua[a], ubi hodie consecrata est ecclesia Sancti Basilis prope Militias. VZ,4,26,9

«Aliqui dicunt quod templum et habitatio dicti Fauni fuit ad Sanctum Stephanum Rotundum, secundum cronicas Romanas.»[3] 2

14. De Evandro septimo urbis conditore **14**,1
Deinceps *Evander*[a] rex *ab urbe Archadie cum mediocri turba popularium* suorum Romam veniens permissione Fauni tunc ea loca tenentis – qui *benigne* Evandro *agros et montem assignavit, quem postea* Evander *Palatium appellavit, in cuius radicibus* ipse Evander *templum* deo *Licheo constituit, quem Greci Pan, Romani Lupercal*[4] dicunt, secundum Trogum libro XLIII[5] (Iust. 43,1,6–7). VZ,4,26,16

1 hinc *correxi ex Liv.*: hic *codd.*
2 celebrabantur *G*: colebantur *NO*
3 *add. NO*
4 Lupercal *codd.*: Lupercum *Iust.*
5 ubi nunc est ecclesia Sancti Theodori[b] *post* XLIII *add. N*

2 Et in eodem domos et palatia quam plurima ad inhabitandum cum populo atque turba predictis miro modo hedificavit. Et dicitur Pallas[c], secundum quod fabule ferunt, dea sapientie, a virtute et sapientia, que propter delectationem et tedia repellenda melodias moderatas adinvenit et cantilenas[d]; unde Virgilius, ibi: *Tunc rex Evander Romane conditor archis* (Verg., *Aen.* 8,313).

3 Sed Seneca libro De consolatione filii ad Elbiam § *Omnes* (Sen., *Dial.* 12,7,5), ibi: *Quid interest* ⟨*enumerare*⟩[1] *Evandrum in ripa*[2] *Tiberis regna Archadum collocantem*[3] (Sen., *Dial.* 12,7,6)?

15,1 15. De Hercule octavo urbis conditore

VZ,4,26,16 Subsequenter *Hercules* adulterio genitus ex Alcimene et Iove, secundum Clementem primum papam libro X Itenerarii, .III. *De origine deorum* (Ps.-Clem.-Ruf., *Rec.* 10,22,2), *cum Argivis veniens* electis Romam, *ut Varro describit,* Capitolium prope *fecit civitatem* que *Valentia*[a] dicebatur a valentibus et virtuosis habitatoribus ipsius.[4]

16,1 16. De Cymbro nono urbis conditore

VZ,4,26,17 Inde deinceps Cympris quem Iuppiter ex Venere sorore sua genuit, secundum eundem Clementem dicto libro Itinerarii c. *De origine deorum* (cf. Ps.-Clem.-Ruf., *Rec.* 10,20,11), Romam veniens manseolum ibi constituit in monte Exquilio in loco qui dicitur Carnarium, contiguum

1 enumerare *supplevi ex Sen.*
2 in ripa *correxi ex Sen.*: ripam *codd.*
3 collocantem *correxi ex Sen.*: collocante *codd.*
4 ipsius *G*: populatam *N*: populi *O*

ecclesie Sancti Petri ad Vincula, ubi[1] fuerunt ab olim habitationes Iulii Cesaris supra dicti[a].

17. De Troianis venientibus cum Enea et eius filia decimis conditoribus urbis **17**,1 VZ,4,27,3

Postea *filia Enee,* destructa Troia, *Romam veniens cum Troianis*[a] prope ripam Tiberis, secundum Salustium (cf. Sall., *Catil.* 6,1), in Aventino monte manseolum et locum ad inhabitandum cum eis hedificavit;

unde Seneca De consolatione filii ad Helbiam § 2 *a celestibus* agendum[2] (Sen., *Dial.* 12,7,1), ibi: *assiduus generis humani concursus; cotidie aliquid in orbe mutatur. Nova urbium fundamenta iaciuntur, nova gentium nomina extinctis prioribus* ⟨*oriuntur*⟩.[3] *Omnes autem populorum transportationes exilia sunt. Romanum imperium nempe auctorem exulem* .i. Eneam *respicit, quem profugum capta patria* .i. Troia, *exiguas reliquias trahentem, necessitas et victoris metus*[4] *longinquam* sedem ⟨*quaerentem*⟩[5] *in Ytaliam detulit,* ubi nunc Roma est. *Hic deinde populus* Troianus *quot colonias in omnem provinciam misit! Ubicumque vicit Romanus, inhabitat. Ad hanc locorum mutationem* locis *nomina dabant* (Sen., *Dial.* 12,7,5; 7).

18. De Latino undecimo conditore urbis **18**,1

Latinus deinde secundum veram opinionem non fuit VZ,4,27,4 filius Fauni sed eius nepos, quem *Hercules ex filia Fauni stupro concepit eo tempore* quo[6] ipse *Hercules armenta Gerio-*

1 ubi *G*: sub quibus *N*: super quibus *O*
2 agendum *codd.*: agedum *Sen.*
3 oriuntur *supplevi ex Sen.*: *om. codd.*
4 metus *correxi ex Sen.*: metu *codd.*
5 quaerentem *supplevi ex Sen.*: *om. codd.*
6 quo *scripsi*: quod *codd.*

nis (Iust. 43,1,9) *Yspani de Asia veniens, magnitudinem prede* (Iust. 44,4,15), *per Ytaliam ducebat* (Iust. 43,1,9), secundum Iustinum libro XLIIII. Romam veniens hedifica-
VZ,4,27,6 vit prope portam Latinam ingentia palatia et habitationes varias pulcritudine decoratas, que hodie dicuntur Atinianum dyomate Romano.

2 Hic *Latinus*[1] postea *rex* Latinorum factus et *poeta* magnus eo tempore quo Priamus Lamedonti filius in Troia regnabat, secundum Lactantium libro I c. XXII (cf. Lact., *Inst.* 1,22,17), *alphabeta* lingue Latine primitus adinvenit, *cessante in Ytalia* littera *Greca* (Goffred., *Spec.* 301–302), secundum quod notatur libro Speculi regum c. *Anchisem* (Goffred., *Spec.* 265).

19,1 19. De Aventino Silvio duodecimo conditore urbis

VZ,4,27,9 Postea *Aventinus Silvius rex Albanorum* rursus *in monte Aventino*[a] aliud fecit manseolum, secundum Eutropium libro I (cf. Paul. Diac., *Hist. Rom.* 1,PR.).

20,1 20. De Romulo et Remo fratribus tertiis decimis conditoribus urbis
VZ,4,27,10

Demum post hos *anno CCCCXIX*[2] (Paul. Diac., *Hist. Rom.* 1), secundum Eutropium libro I, *post Troie excidium* (Eutr. 1,1,2) et ante Christi nativitatem *septingentesimo LII,* secundum Orosium libro VII c. *Igitur* (Oros., *Hist.* 7,3,1), Romulus et Remus fratres ex Rea dicti Numitoris filia, facta dea Veste per Amulium patruum suum Albanorum regem, Marte geniti, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. IIII § *Proca deinde regnat* (Liv. 1,3,9) de Albano Romam venientes permissione dicti Numitoris in

1 Latinus *codd.*: Latius *Goffred.*
2 CCCCXIX *correxi ex Paul.*: CCCCXX *codd.*

hiis locis, ubi expositi et per veram lupam eius uberibus[1] educati erant primo, secundum Tullium .III. Invectivarum[2] § *nam profecto*[3] (Cic., *Catil.* 3,19), deinde et per Accham Laurentiam uxorem Faustuli pastoris in silva Ardeacia educati.[4]

2 Que Accha a vicinis lupa[5] dicebatur propter pulcritudinem sui corporis questuosi quod indifferenter omnibus concedebat. Anno XX etatis eorum urbem condunt, secundum Livium Ab urbe condita libro I c. VI in principio (cf. Liv. 1,6,3–4). Is Romulus, ceso Remo baculi pastoralis ictu in turba certaminum, *solus potitus imperio* urbis condite, *urbem* Romam suo *nomine appellavit. Palatium primum, in quo ipse erat educatus, munivit* prope ripam Tiberis sub Aventino monte prope Testatiam ad ficum ruminalem; ibi *sacra diis* 〈*aliis*〉[6] *Albano ritu, Greco Herculi, ut ab Evandro instituta erant, fecit* (Liv. 1,7,3), secundum Livium dicta decada libro I c. proximo usque ad § *Herculem* (Liv. 1,7,4), ubi fere cuntos finitimos urbi populos;

3 VZ,4,27,12 qui notantur[7] Graphia auree[8] urbis Rome (cf. *Graphia* 12), stante in ecclesia Sancte Marie Nove de Urbe, quam vidi et iugiter legi; et describuntur apertius infra eodem libro nono c. I.

1 {eius uberibus} *G*
2 que incipit: *Rem publicam* (Cic., *Catil.* 3,1) *post* Invectivarum *add. NO*
3 {secundum Tullium ... profecto} *G*
4 educati *G*: nutriti *N*
5 Ardeacia ... lupa *om. O*
6 aliis *supplevi ex Liv.*: *om. codd.*
7 notantur *scripsi*: notatur *codd.*
8 auree *scripsi*: aurea *codd.*

21,1 VZ,4,27,14 21. De rationibus quare certa conditorum urbium nominum[1] ratio hodie non apparet

Igitur, si Romane *civitatis certa* conditorum *ratio non apparet, non* est *mirum si in aliarum* civitatum *opinione dubitatur* de nominibus conditorum; *unde nec ystoricos nec commentatores varia dicentes* audeo *condempnare, quia antiquitas ipsa creavit errorem*[a]. Et ideo est notandum quod quedam vestustate ita mutata sunt, ut vix homines doctissimi antiquissimas eiusdem urbis ystorias perscrutantes nec omnium sed aliquarum ex ipsis reperire originem potuerunt propter temporum cursus, et *nemo memoriam habet* eorum – Sapientie c. II (Vulg., *Sap.* 2,4).

2 Et sic si omnia considerentur, plura gentium et locorum mutata quam manentia vocabula apparent. Ratio huius est quia *tunc rare per eadem tempora littere fuerunt, et si que* ⟨*in*⟩[2] *commentariis pontificum aliisque publicis privatisque erant monumentis,* capta et *incensa urbe* a Gallis preter Capitolii arcem *interierunt,* secundum Livium .VI. Ab urbe condita in principio (Liv. 6,1,2).

3 Et est sciendum quod Tarquinius Priscus quintus rex Romanorum post Romulum primum regem Romanorum *circa forum* urbis predicte fecit habitationes quam plurimas; porticus et alia innumera loca publica et privata hedificavit, *muro* quoque *lapideo urbem* circumdedit propter metum Sabinensium populorum *et infima urbis loca circa forum aliasque interiectas collibus valles, quia ex planis locis facile aque* superhabundabant, *cloacis* e *fastigio in Tiberim ductis siccat* [aquas][3] et *amplitudinem* soli *occupat fundamentis* (Liv. 1,38,6–7), secundum Livium .I. Ab urbe

1 nominum *scripsi*: nomina *codd.*
2 in *supplevi ex Liv.*: *om. codd.*
3 aquas *delevi*

condita c. XXII § *bellum* (Liv. 1,38,3), et §[1] *de priscis Latinis* (Liv. 1,38,4).

Subsequenter Servius Tullius sextus rex Romanorum post conditum ab eo *lustrum urbem amplificavit* eandem, *addens* urbi *duos colles, Quirinalem,* ubi Romulus templum condiderat Quirinale, ubi Quirites gerebant curam rei publice, *et Viminalem. Inde deinceps auget Exquilias ibique ipse, ut loco dignitas fieret, habitat. Aggere, fossis et muro urbem circumdat* eandem et *post murum profert pomerium,* quasi murum augurio *consecratum* (Liv. 1,44,2–5), secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XXIIII § *censu perfecto* (Liv. 1,44,1). 4

Postremo Ancus Martius quartus rex Romanorum *secutus morem priorum regum qui rem Romanam auxerant multitudinem* innumeram Latinorum *hostium transduxit* (Liv. 1,33,1), et *Ianiculum* montem urbi adiunxit (Liv. 1,33,6), ut dictum est supra. 5

22. De nominibus portarum urbis ac diversitate nominum eorundem **22,1** VZ,4,27,16

Restat ex predictis nunc videre de vocabulis propriis portarum urbis antiquis et varietate nominum earundem; et primo de porta Capena.

23. De porta Capena **23,1**

Porta autem Capena ideo dicitur, quia per eam erat accessus ad civitatem Capenam .i. campis plenam arboribus felicibus .i. fructuosis ubertate maxima habundantibus, de qua scribitur per Livium .V. Ab urbe condita c. VI § *hec eo anno* (Liv. 5,14,1), in fine, et c. XI in principio, ibi: *Valerio ac Servilio Capenas* expugnandas *sorte evenit.*

1 et § *om. G*

Ab hiis urbem Capenam *non vi aut operibus temptatam, sed ager est depopulatus predeque rerum agrestium acte; nulla felix arbor* .i. fecunda, *nichil frugiferum in agro* Capenatum *relictum; ea clades Capenatem populum subegit* et *pax petentibus data* est (Liv. 5,24,2–3).

2 De eadem

Alias hec porta Capena dicta est Trigemina, secundum Valerium libro IIII *De amicitia* § *in eadem domo* .s. Gaii Grachii *eque robusta,* ibi: *Ponponius* amicus Gracchi, ut Gracchus *facilius evaderet, concitatum sequentium agmen in porta Trigemina* .i. Sancti Pauli *aliquandiu accerrima pugna inhibuit* (Val. Max. 4,7,2), et cetera. Concordat Livius .IIII. Ab urbe condita c. VII prope finem, ibi: *Lucius Minucius bove aurato extra portam Trigeminam est donatus* (Liv. 4,16,2);

3 dicta ideo Trigemina, quia extra ipsam prope est *sepulcrum Horatie,* que *icta corruit, saxo quadrato constructum* (Liv. 1,26,14), ideo quod ipsa, occisis tribus Curiatibus[1] civibus Albanensibus hostibus Romanorum et duobus fratribus amissis, *congnito super humero fratris* superstitis *palludamento sponsi, quod ipsa* consuerat, *solvit crines*; que *oblita fratrum mortuorum flebiliter sponsum mortuum nomine appellabat.* Huius *comploratio sororis movit ferocis iuvenis* superstitis *animum strictoque gladio transfigit* sororem *puellam* dicens: *Abi hinc cum inmaturo amore; sic intereat quicumque Romanos lugebit hostes* (Liv. 1,26,2–4), secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XVII in principio, ibi: *princeps Oratius trigemina spolia pre se* ferens; *cui* eius *soror virgo, que desponsata uni ex Curiatiis fuerat, obviam ante portam Capenam* factam (Liv. 1,26,2), et ex tunc Trigemina dictam occasione huiusmodi, ut prefertur.

1 Curiatibus *codd.*: Curiatiis *Liv.*

De eadem 4

Alias huiusmodi porta Capena dicta est Ostiensis, quia VZ,4,28,20 per eam itur ad dictam civitatem Ostiensem, conditam ab olim per Ancum quartum regem Romanorum, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XX in fine, ibi: *in* ora *Tiberis Ostia urbs condita; saline circa* eam *facte* (Liv. 1, 33,9).

Et hodie porta huiusmodi dicitur comuniter a Romanis 5 porta Sancti Pauli, extra quam est ecclesia Sancti Pauli VZ,4,28,22 apostoli, doctoris gentium et predicatoris evangelii in universo mundo.

Que et alias dicta est porta Frumentaria [XXV], *extra* 6 quam *conspectus in Capitolium non* habetur (Liv. 6,20,11), secundum Livium .VI. Ab urbe condita c. XVIII § *cum dies venit* (Liv. 6,20,4), prope finem; ex qua frumenta innumera ad urbem deveniunt plus quam per aliam portam urbis.

24. De porta Libera **24**,1

Porta Libera ea ratione dicitur quia ingredientes per eam ex servis efficiebantur liberi, quia magistratus populi Romani invenientes dominos servorum suorum bene meritorum ibidem postulabant[1] ab eis manumitti servos suos. Ipsi huiusmodi servos virga percutiebant in tergis dicentes: „Agimus vos liberos," et hii taliter virga percussi voluntate dominorum suorum ex servis liberi .i. iusta causa manumissi erant.

Et huiusmodi porta est sita inter portam Capenam seu 2 Trigeminam et portam Appiam, sed quia hodie cessaverunt tales manumissiones, idcirco ratione predicta porta

1 postulabant *scripsi*: postulantes *codd.*

huiusmodi noscitur esse clausa, prout aspectu publico patet aperte.

25,1 25. De porta Appia

Porta Appia dicitur ab Appio Claudio censore Romano, qui iussit fieri dictam portam, ut *consequenter nomina rebus,* ut in § *est et aliud* – Institutionum[1] *de donationibus* (Inst. Iust. 2,7,3).

2 De eadem

VZ,4,29,15 Alias huiusmodi porta dicitur Appia ab habundantia appium herbarum existentium in ortis finitimis dicte porte ex affluentia aquarum ibi decurrentium ex[2] montibus finitimis ad eam[3], qui dicuntur Marmorei, prope Caput Bovis; quas *aquas* idem Appius *duxit in urbem* fistulis subterraneis *et viam* huiusmodi porte *munivit* lapidibus silicibus; cuius *clara censura fuit* per tempora *memorie felicioris* quam nunc transmisit *ad posteros* (Liv. 9,29,5–6).

3 Et est ratio quia ad ultimum tempore senectutis sue propter religionem neglectam ab eo ira deorum et ipsius Herculis luminibus caruit, secundum Lactantium libro II c. VIII § *sacrilegi* (Lact., *Inst.* 2,7,14), et Livium .VIIII. Ab urbe condita c. XVIII § *censura* (Liv. 9,29,5), ibi: *Appio auctore Potitii gens, cuius ad Aram Maximam Herculis familiare sacerdotium fuerat, servos publicos ministerii delegandi causa solennia eius sacri docuerat.* Edictum *mirabile tradiderunt et quod*[4] *dimovendis statu suo sacris religionem adferre posset, cum duodecim familie ea tempestate Potitiorum essent, puberes ad triginta, omnes intra annum cum* tota *stirpe extin-*

1 Institutionum *scripsi*: instituta *codd.*
2 ex *G*: de *NO*
3 eam *codd.*: campis *scripserunt Valentini-Zucchetti*
4 quod *correxi ex Liv.*: pro *codd.*

tos; nec nomen tantum Potitiorum interisse sed censorem etiam Appium memori deorum ira post aliquot annos luminibus captum (Liv. 9,29,9–11). Concordat Valerius .I. c. II § I (cf. Val. Max. 1,1,17).

26. De porta Latina **26**,1

VZ,4,29,22

Porta Latina dicitur fuisse constructa a Fauno, primo Latinorum rege, filio Pichi et nepote Saturni, secundum Lactantium .I. *De falsa religione deorum* c. VIIII in principio (cf. Lact., *Inst.* 1,22,9).

Sed Trogus Ponpeius libro XLIII dicit [quod][1] *ex filia* 2 *Fauni* nomine Nimpha[a] *et Hercule stupro conceptum Latinum,* dicte porte conditorem, *eo tempore* quo[2] *Hercules armenta Gerionis per Ytaliam ducebat* (Iust. 43,1,9), *que illis temporibus sole opes habebantur*; et *tante fame fuere, ut Herculem ex Asia magnitudine prede illexerint,* secundum Iustinum libro XLIIII in principio (Iust. 44,4,15).

De eadem 3

VZ,4,30,6

Alii tradunt quod porta huiusmodi dicta est Latina a lateo, quia Saturnus de insula Crete navigio elapsus migravit ad urbem per ea loca, ubi nunc est dicta porta, penes quam pro tempore latitavit ob metum filii sui Iovis ascindentis sibi genitalia, ne alios pueros procrearet qui dividerent secum Athenarum regnum quo patrem expulerat; ibique Saturnus[3] invenit Ianum nepotem suum primum regem Ytalie, a quo fuit ovanter receptus, et ipsius Iani permissione manseolum hedificavit in monte qui dicitur Capitolium. Hoc persentiens Iuppiter de Grecia mag-

1 quod *delevi*
2 quo *scripsi*: quod *codd.*
3 degens *post* Saturnus *add. NO*

no cum navigio Romam veniens de dicto manseolo patrem expulit violenter et suo nomine consecravit.

4 Inde secundo expulsus a Iove clandestine pergit Saturniam et in eo loco *civitatem* hedificavit nomine *Saturniam* et *suo nomine* censuit *appellari*[b], quam Latium postea nominavit a latitudine soli et territorii sui ampli, et reges regnantes in ea fuerunt postea reges Latinorum appellati, secundum Trogum libro XLIII (cf. Iust. 43,1,5).

5 Concordat Virgilius .VII. Eneidorum in principio, ibi: *Maius opus moveo; rex arva Latinus et urbes iam senior longa placidas in pace regebat. Hunc Fauno* ex *nimpha genitum Laurente Marita* .i. dea maris *accepimus; Fauno Picus pater isque*[1] *parentem te, Saturne, refert, tu sanguinis ultimus auctor; filius huic fato* divina *prolesque virilis nulla fuit* (Verg., *Aen.* 7,45–51).

6 De eadem

VZ,4,30,11 Huiusmodi porta alias dicta est Lacunia, hoc est carcer, apud quam erat carcer, ubi olim homines cathenis ligati custodiebantur, secundum Livium .II. De bello Macedonico circa finem, ibi: aut multa ira[2] (Liv. VZ,4,30,15 32,26,15), et cetera. Quod satis patet in beato Iohanne evangelista posito ad portam illam in lebete plena oleo supra ignem[c]; et hec littera repugnat Livio et Iuvenali dicentibus *Romam uno carcere* esse *contentam* (Iuv. 3,314; cf. Liv. 32,26,18), nisi intelligatur de carcere universali, sed de singulari est secus, ut hic.

1 isque *correxi ex Verg.*: usque *G*: atque *NO*
2 aut multa ira *codd.*: haud ita multo *Liv.*

27. De porta Metaura 27,1

Porta Metaura dicitur a meta, quod est mensura, quia aurum .i. tributum provinciarum quod dabatur questoribus Romanorum ab hominibus universi orbis mensurabatur et cumulabatur ibidem. Et postea per custodes erarii decreto senatus populique Romani sic mensuratum et ponderatum sub clausura et fida custodia in erario publico servabatur.

28. De porta Asinaria 28,1

Porta Asinaria dicta est a foro asinorum, circa quam antiquis temporibus erat commertium asinorum venientium Romam de regno Sicilie et Apulie atque de provinciis Campanie et Marrittime finitimis urbi, que due provincie erant colonie Romanorum, secundum quod per Livium .I. Ab urbe condita et ceteris eiusdem decade libris sub diversis capitulis continetur.[1a]

Hodie huiusmodi porta Asinaria dicitur porta Laterani hac de causa, quia rana enixa ab imperatore Nerone ibi sepulta latet[b]. 2 VZ,4,31,7

29. De porta Lavicana 29,1

Porta Lavicana dicitur ideo Lavicana, quia *vates* .i. philosophi *a videndo* dicti quasi *vasa* sapientie *futura* contingentia in re publica caute *providebant* propter ipsorum sapientiam et experientiam diuturnam[a].

Sed hodie Romano ydiomate porta huiusmodi dicta est porta Maior, et ideo Maior, quia formosior et propugnaculis ac turribus eminentior ceteris aliis portis urbis, sicut patet aspectu publico qui circa talia iudicat veriora. Constat ergo quod *locus* qui *sumitur ab autoritate sumitur a va-* 2

1 continetur *scripsi*: continentur *codd.*

tibus, secundum Tullium .I. Recthorice veteris (Cic., *Inv.* 1,101).

3 De eadem

VZ,4,31,18 Alias porta huiusmodi Lavicana dicitur porta Exquilia et mons in quo sita est dicitur Exquilius .i. *esca alitum* avium, quia in monte huiusmodi pendebant ab olim corpora dampnatorum in *loco qui dicitur* **[XXVI]** *Hebraice carnarium*[b], Latine locus iustitie.

4 In urbe ab olim erant duo carnaria in regione Montium sita. Unum erat in carnario montis Exquilii, ut prefertur, supra domos Gaii Cesaris primi monarche Romanorum. Secundum erat in summo montis Quirinalis supra domos Metelli pontificis maximi Romani et ecclesiam sancti Saturnini sub ymaginibus caballi marmorei ad docendum et insinuandum quod antiquitus unum ex dictis carnariis .i. locis iustitie spectabat ad imperium et alterum ad summum pontificem; patet igitur ex predictis quod antiquitus summus pontifex habebat suum tribunal iustitie in urbe Romana sicut Romanus imperator; ex quibus carnariis alites aves cibum et nutrimentum sumebant.

5 De quibus monte ac porta Exquiliis habetur mentio per Livium .III. Ab urbe condita c. XVI, ibi: *Exquilias* quidem *ab hoste prope captas* (Liv. 3,67,11); *egredimini extra portam Exquiliam*[1] et *ex muris* huiusmodi porte videte *agros vestros fero igneque vastatos, predam abigi* (Liv. 3,68,2); et eadem decada libro VI c. VIIII, ibi: *exercitu indicto ad portam Exquiliam*[2] (Liv. 6,22,8), ‹ad›[3] quam in *summo* Cymbrico[4] *vico Scelerato* **[XXVII]** templum *Dya-*

1 Exquiliam *codd.*: Esquilinam *Liv.*
2 Exquiliam *codd.*: Esquilinam *Liv.*
3 ad *supplevi*
4 Cymbrico *codd.*: (ad summum) Cyprium (vicum) *Liv.*

num[1] *fuit* pro parte hodie demolitum, ubi *Tullia* filia Servii Tullii sexti regis Romanorum super *corpus patris* Servii *carpentum fertur egisse,* a ductu cuius currus consuetudo inolevit in urbe, ut *vicus* huiusmodi diceretur de cetero *Sceleratus* .i. maledictus (Liv. 1,48,6–7); unde blasfemantes quandoque Romani aliquos malemeritos et odiosos dicunt: „Vade in via maledicta."

Et nichilominus in Exquilio huiusmodi est hodie templum Luculi dictam portam prope, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XXV § ultimo, qui incipit: *Creditur* (Liv. 1,48,5). Sunt enim Exquilie loca nemorosa et delectabilia, et hoc ostendit locus huiusmodi collis a vimine dictus, ubi fuerunt hactenus balnea, aqueductus per formam Claudiam et lupanaria; unde Iuvenalis .III.: *Exquilias dictumque petunt a vimine collem* (Iuv. 3,71). 6

De eadem 7

Alias huiusmodi porta dicitur Equilia ab equitate, quia iuxta illam portam florebat equitas Servi Tullii, et *ut* in *loco* eodem *dignitas* equitatis et iustitie in Romano populo servaretur, rex huiusmodi *habitavit* ibi[2] inter memoriam Cymbrorum et macellum Liberie, ubi est hodie ecclesia Sancti Viti in Macello, in loco qui dicebatur ab olim Militia .i. habitatio multorum militum, hodie demolita et in solum meo tempore reducta propter reparationem dicte ecclesie, que minabatur ruinam contigue dicte militie, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XXIIII § *ad eam multitudinem* (Liv. 1,44,3). VZ,4,32,8

Et propterea apud portam huiusmodi est cauda leonis, per quam designatur gubernaculum civitatis Romane, 8 VZ,4,32,17

1 templum Dyanum *codd.*: Dianium *Liv.*
2 ibi *G*: ibidem *NO*

quod ab olim in huiusmodi loco consuevit consistere temporibus dicti[1] Servii Tulli, ut notatur libro De ymagine mundi c. *De Ytalia et eius provinciis*[2] (cf. Honor., *Imag.* 1,28), in principio.

30,1 30. De porta Taurina

Porta Taurina dicta est ab olim a capitibus taurorum supra portam huiusmodi sculptis in ingressu et exitu dicte porte, ut ex hoc liquide pateret ad oculum quod ante et post ipsam antiquis temporibus fuisset forum taurorum, et locus ubi sita est dicta porta secundum cronicas Romanas dicebatur antiquitus regio Tauri.[3]

2 De eadem

Alias porta huiusmodi dicta est porta Tiburtina a Tiburto consule Romano, qui portam et civitatem Tiburtinam hedificavit eandem.

3 Sed hodie porta huiusmodi dicitur a Romanis porta VZ,4,33,8 Sancti Laurentii, extra quam est sita ecclesia Sancti Laurentii foris Muros, constructa ab olim a Constantino Christianissimo Romanorum monarcha in honorem et reverentiam levite predicti.

31,1 31. De porta Numentana

Porta Numentana dicitur quia per eam erat via et accessus ad civitatem Numentanam, nunc in castrum redactam, penes quam ab olim fiebant lateres figuli et tegule ac vasa figulorum ad muros et hedifitia construenda civitatum et oppidorum, ut ex hoc cives et opidani huius-

1 dicti *O*: dictis *GN*
2 provinciis *G*: partibus *NO*
3 denominata a quodam celesti signo taurus nominato *post* Tauri *add. NO*

modi ab iniuria venti et ardore solis ac aquarum pluviis de celo cadentium defensarentur, secundum Livium .III. Ab urbe condita c. XVIII § *per Marcum Duilium qui tribunus*[1] *plebis* (Liv. 3,52,1), ibi: *via Numentana* (Liv. 3, 52,3), et cetera[2].

De eadem 2

Vel porta Numentana dicitur a numine .i. sacrifitio, quia *flamines* .i. *filamines* sacrorum tempore reliquias filo collo portantes, hoc est sacerdotes deorum sacris perfectis in signum sacerdotii deferebant almutiam religatis capilis *filo* occasione caloris[a], ad huiusmodi portam degentes in honore numinum .i. deorum, qui numina antiquitus dicebantur; in ara sacrorum maxima cum reverentia horis debitis ministrabant assidue pietate religionis et culture sacrorum.

De eadem 3

Vel potest dici porta huiusmodi ideo Numentana ex eo quod ad portam eandem colebatur quedam dea que deorum omnium domina dicebatur, hoc est Cibelles, antequam sibi et eius filiis in honore ipsorum templum pantheon mirificum decreto senatus fuisset constructum «temporibus Marchi Agrippe, consulis Romani, adoptivi filii Octaviani, imperatoris Romani, propter virtutes huiusmodi Marci.»[3] VZ,4,34,3

Et propterea huiusmodi porta Numentana dicitur hodie a Romanis porta de Domina, retinentibus antiquorum 4

1 Duilium qui tribunus *correxi ex Liv.*: Diuliumque tribunum *codd.*

2 et cetera *G*: *cui tum figuli* (figuli] Ficulensi *Liv.*) *nomen fuit* (Liv. 3,52,3) *NO*

3 *add. NO*

solo vocabulo ritum.

5 Nonnulli cives Romani finitimi dicte porte vocant eam portam Sancte Agnetis, «extra quam requiescunt beatarum Agnetis»[1] et Constantie, filie Constantini imperatoris Romani, virginum corpora gloriosa.

32,1 32. De porta Salaria

Porta Salaria dicitur salis atrium sive domus, quia apud eam erat forum et commertium salis qui vendebatur ibidem a prepositis salis.

2 Vel potest dici Solaria,[2] quia ibi erat Solis ara .i. delubrum a dolendo dictum, ubi expiabantur et delebantur peccata, si cum reverentia et religione deorum sacerdotibus degentibus in eisdem ritu paganorum gentilium aliqua prestarentur.

3 De eadem

Vel potest aliter dici quod porta huiusmodi ideo dicitur Solaria[3] .i. solitaria, quia ipsa pre ceteris portis dicte urbis minus a Romano populo frequentabatur[4].

33,1 33. De porta Pinciana

Porta Pinciana[5] dicitur a pignaculo .i. altitudine montis[a] sub quo est sita, ubi est hodie quoddam templum in modum archis redactum, vallatum undique muris et munitionibus palatiorum diversis;

2 iuxta quam portam in vertice dicti montis fuit domicilium et habitatio summi generis Corneliorum, que hodie

1 *add. NO*
2 Solaria *O*: Salaria *GN*
3 Solaria *NO*: Salaria *G*
4 sicut patet *post* frequentabatur *add. N*
5 Pinciana *G*: Pinciana vel Pincina *N*: Pincina *O*

Romano dyomate dicitur Pinci, secundum Valerium .VI. c. II § *Helvius Mancia,* ibi: *vidi cruentum* Cornelium[1] *Domitium, summo genere natum, amantissimum patrie, flentem, tuo iussu occisum* (Val. Max. 6,2,8); a cuius generis denominatione precipua porta huiusmodi fuit postea Cornelia nuncupata.

De eadem — 3

VZ,4,35,8

Nonnulli dicunt quod huiusmodi porta olim ideo dicebatur Cornelia a cornuis bellicis, signis *semivocalibus que per tubam aut cornu aut bucinam dantur* in bellis; que *cornua ex uris* .i. bobus silvestribus, *argento nexa,*[2] *arte temperata*[3] *spiritu canentis flatus emittit auditum. Nam indubitanter per* huiusmodi *sonum agnoscit exercitus utrum oporteat stare vel progredi an regredi* aut *longe prosequi fugientes an receptui canere,* secundum Vegetium .III. De re militari c. V § *semivocalia sunt,* et cetera (Veg., *Mil.* 3,5).

34. De porta Flaminea — **34,1**

VZ,4,35,11

Porta Flaminea dicebatur a flamine sacerdote Martiali .i. bellicoso deo, cui Marti per ipsum flaminem fiebant cerimonia, stante[4] prope portam eandem; unde olim consuetudo inolevit in urbe quod quando aliquis consul Romanus proficiscebatur ad aliquod bellum gerendum contra aliquam provinciam Romano populo rebellantem, non licebat consuli bellum committere contra hostes desertis cerimoniis dei Martis, et ideo erat necessarium ut occasione huiusmodi per flaminem prius eidem deo cerimonia prestarentur, secundum Valerium .I. c. I § *Metellus*

1 Cornelium *codd.*: Gnaeum *Val. Max.*
2 nexa *correxi ex Veg.*: nexo *codd.*
3 temperata *correxi ex Veg.*: temperato *codd.*
4 stante [sc. sacerdote] *G*: stanti *O*: statim *N*

vero pontifex maximus, qui Postumium consulem eundemque flaminem Martialem ad bellum gerendum Africam petentem urbe egredi passus non est (Val. Max. 1,1,2), pena inposita, nisi prius per eum eidem deo cerimonie prestarentur.

2 Huiusmodi *Campus Martius inter urbem* et *Tiberim* situs eidem deo extitit *consecratus,* et fuit prius *Tarquiniorum* (Liv. 2,5,2), secundum Livium .II. Ab urbe condita c. I § *de bonis regis* (Liv. 2,5,1), deinceps Colupnensium, a quibus traxerunt originem; et eadem decada libro III c. XXVII in principio (cf. Liv. 3,27,3; 63,6; 69,6), ubi de dicto campo fit mentio specialis[1].

3 De eadem

VZ,4,35,15 Alias porta huiusmodi dicitur porta Sancti Valentini, per quam itur ad dictam ecclesiam, sitam extra dictam portam, et ita describitur et habetur in legendis sanctorum ac cronicis Romanis et instrumentis autenticis a me sepius recensitis.

4 De incidentia Martis

Et est sciendum secundum Remigium quod olim erant duo Martes, quorum unus preherat bellis et alter intra[2] urbem templum, ubi colebatur, habebat[3] (cf. Vat. Mythogr. 3,11,10)[a] et fuit vir prudentissimus, potens bellorum et in armis sagacissimus ac *effector mortis. Nam a Marthe mors nuncupatur,* et depingitur *corpore nudo*[b], et male, secundum Vegetium .I. c. XXI § *ita fit ut non de pugna sed de fuga cogitent qui nudi exponuntur ad vulnera* (Veg., *Mil.* 1,20), ut ex hoc insinuet quod *quisque se bello sine formi-*

VZ,4,35,21

1 et clara, et cetera *post* specialis *add. N*

2 intra *NO*: extra *G*

3 ubi est hodie ecclesia Sancte Martine, Capitolium prope *post* habebat *add. NO*

dine obiciat[c]; cuius *stella* est calida et sicca (Vat. Mythogr. 3,11,10), unde procedit animositas.

De Marte aliisque diis hominum dic prout refert Lactantius .I. capitulo *De falsa religione* c. X et aliis sequentibus (cf. Lact., *Inst.* 1,10,4;15,26;17,9). 5

De eadem 6

VZ,4,35,23

Hodie porta huiusmodi dicitur porta de Populo a multitudine populorum degentium iuxta eam ante tempora Roberti dicti Belli Viscardi de Normandia ducis Apulie, qui loca finitima dicte porte depopulavit bonis et combussit incendio, corruptis per eum nonnullis civibus Romanis de genere Buchapecudum, secundum cronicas Romanas[1], pollicitationibus premiorum, ut sibi gentique sue in eadem urbe liber pateret ingressus, *ut* Romana civitas *vi potius* quam proditione per eum *capta videretur*[d].

De eadem 7

Vel aliter porta huiusmodi ideo dicta est porta de Populo propter nimiam[2] frequentiam forentium[3] populorum intrantium et exeuntium per eandem pro expiatione peccatorum huiusmodi populorum meritis beatorum apostolorum Petri et Pauli aliorumque sanctorum martirum, qui pro Christi nomine in eadem urbe diversa et innumera martiria subierunt.

35. De porta Collina 35,1

Porta Collina est per quam habetur ingressus et egressus ad provinciam Collinam, de qua scribitur per Livium .IIII. Ab urbe condita c. XVII § *Rome terror,* ibi: ob

1 Romanas *om. GN*
2 nimiam *G*: innumeram *NO*
3 et peregrinorum *post* forentium *add. NO*

rem male gestam percussa *castra locantur ante portam Collinam* Romanam *et in muris* eiusdem fuerunt *armati dispositi* (Liv. 4,31,9); et eadem decada libro V c. XX, ibi: *postera die Galli ‹ingressi›*[1] *urbem patentem Collina porta in forum perveniunt* (Liv. 5,41,4); et dicta decada libro VII c. V, ibi: *pugnatum* non *procul porta Collina* cum Gallis; *avertitur acies Gallorum. Fuga* (Liv. 7,11,6–7), et cetera; et libro III eiusdem decade c. XVIII § *neque in Sabinis* (Liv. 3,51,7), ibi: *Icilius* scilicet sponsus virginis, *peritus rerum popularium, porta Collina intravit sub signis* (Liv. 3,51,8–10).

2 De huiusmodi porta concordat Orosius libro IIII c. III in fine, ibi: *Sextilia virgo Vestalis convicta* et *dampnata incesti ad portam Collinam viva defossa est* (Oros., *Hist.* 4,2,8); et eiusdem Orosii libro V c. *Anno ab urbe condita DCLXII* (Oros., *Hist.* 5,19,1) § *igitur cunctis* (Oros., *Hist.* 5,21,2), ibi **[XVIII]**: per *Sillam* consulem Romanum *LXXX milia hominum contra fidem datam* apud *portam Collinam cesa* dicuntur (Oros., *Hist.* 5,20,8–21,1); cui *Quintus Catulus palam dixit*: O Sylla, *cum quibus tandem victuri sumus* orbem, *si in bello armatos* et *in pace inhermes occidimus* (Oros., *Hist.* 5,21,2)*?*

3 *Fuit enim dicere ausus* Sylla, *hasta posita* in signum victorie, *cum bona* proscriptorum ab eo et aliorum mortuorum *venderentur in foro et bonorum virorum et locupletum et* presertim con*civium, predam se suam* .i. sui iuris *vendere,* secundum Tullium .II. Offitiorum § *desitum* autem *videri quicquam in sotios iniquum* (Cic., *Off.* 2,27). Concordat Livius .V. Ab urbe condita c. XVIII § *etsi novum,* ibi[2] **[XXIX]**: omnia *fortium virorum esse* (Liv. 5,36,2).

1 ingressi *supplevi ex Liv.*: *om. codd.*
2 {ibi} *G*

Ad ultimum Silla sua tyrannide *dum* ire et odii *vitio obtemperat, multo alieno sanguine profuso, indignatione* animi *exardescens, inmoderato vocis impetu convulso pectore Puteolis spiritum cruore mixtum evomuit sexagesimum ingrediens annum,* secundum Valerium libro VIIII c. III § *quid Sylla* (Val. Max. 9,3,8). Contrarium tamen notatur per eundem Valerium libro III c. I § *idem* (Val. Max. 3,1,2) videlicet Cato .s. Maior, ubi cavetur expresse quod Sylla in eius atrio per Sarpedonem eius pedagogum fuit ferro peremptus[a]. 4

Vel Collina potest dici a colle finitimo dicte porte, per quam itur ad eum qui hodie dicitur mons Marus, ubi imperator Romanus post coronationem suam statim ascendit et volvendo se undique dicit: „Omnia que videmus nostra sunt et nostris mandatis obediunt universa mundi" – Digestorum *ad l. Rodiam de iactu* l. *Deprecatio* (cf. Dig. 14,2,9)[b]. 5 VZ,4,36,15

36. De porta Viridaria olim, nunc a Romanis Stercoraria nuncupata[1] **36,1** VZ,4,37,1

Porta Viridaria dicitur a virgultis .i. pratis viridibus et viridariis amenis florum, arborum, fructuum et herbarum densitate ac varietate refertis, stantibus extra eam; in quibus undique viridariis habebantur aquarum torrentium fontes et decursus rivorum atque fructus diversi, quorum pretextu et aeris amenitas et loci salubritas permanebat ab olim in eisdem; que omnia dicuntur virgulta secundum Macrobium *De sompno Scipionis*[a], et adhuc extra portam huiusmodi permanent delectabilia et amena prata VZ,4,37,8

1 Viridaria ... nuncupata *GO*: Viridaria, aliter dicta nunc Stercoraria *N*

que dicuntur hodie ab incolis dicti loci prata Sancti Petri.

2 Que porta Romano dyomate dicitur hodie comuniter porta Merdara ratione que sequitur infra scripta; nam *postquam* Camilus *fuit creatus dictator* Romanus, rescissis per eum nephandis *pactionibus inferioris magistratus sine suo iussu* (Liv. 5,49,2) habitis et firmatis cum regulo et ducibus Gallorum Senonum [XXX], qui sola cupiditate auri et dulcedine frugum commoti per saltus Alpinos in Ytaliam transiverant, secundum Livium .V. Ab urbe condita c. XVI § *de transitu in Ytaliam Gallorum hoc accepimus* (Liv. 5,34,1), et cetera;

3 qui[1] paulo iam ante occupaverant totam urbem, arche dumtaxat excepta, ipsamque totam[2] conflagrassent incendio et ruina. Animadvertens insuper quod *fortuna* augurium *verterat* ac [conspiceret][3] *deorum opes humanaque*[4] *consilia*[5] *iuvabant*[6] Romanos *habens*que *in conspectu fana deorum et coniuges* ac *liberos* suorum concivium *et patriam,* in qua natus fuerat, in *solum* redactam et demolitam omnibus hedifitiis dolenter prospiciens et *omnia que defendi, repeti*[7] *et ulcisci* licebat, quanto studio et apparatu scivit et potuit, usque *ad ottavum lapidem via Gabinia* secutus est Gallos mansitantes ibidem, expectantes aurum quo urbs Romana redempta extiterat ab eisdem. Appropinquans eis *instruxit aciem* militum et peditum Romanorum, *ut na-*

1 qui *NO*: quia *G*
2 cum dolenter intueretur *post* totam *add. NO*
3 conspiceret *delevi*
4 humanaque *correxi ex Liv.*: humana *codd.*
5 humanaque consilia *in rectam sedem transposui*: *post* iuvare *praebent codd.*
6 iuvabant *correxi ex Liv.*: iuvare *codd.*
7 repeti *correxi ex Liv.*: reperi *G*: reparari *NO*

tura loci tunc temporis *patiebatur, et omnia que arte* prospera[1] *belli eligi* et *preparari poterant, providit suos*que *in acervum connicere* cepit *et* armatos *aptare* (Liv. 5,49,3–6).

Nam qui priusquam dimicet, *aciem instruxit, ex arbitrio suo potest facere quod sibi utile iudicat, cum nullus obsistit,* secundum Vegetium .III. c. XVIII § *si cum telorum ictu* (Veg., *Mil.* 3,18). Deinde hiis peractis *Gallis denuntiat* et ducibus ipsorum, *ut se ad* bellum preparent. *Galli nova re trepidi* (Liv. 5,49,2;5), cum *vident contra se acies ordinari, quia* cum *instructus paratusque* formidantem *adversarium preoccupas,* assequeris *partem victorie,* cum hostem *perturbas antequam dimices,* secundum Vegetium .III. c. proximo in fine (Veg., *Mil.* 3,18); 4

qui *Galli arma capientes iraque magis quam consilio in Romanos* et dictatorem ignave *incurrunt. Igitur primo concursu aut maiore momento*[2] *fusi sunt Galli ad* dictum *ottavum lapidem via* predicta et *ductu auspitioque* dictatoris *Camilli vincuntur. Ibi cedes omnia obtinuit* et *castra capiuntur* ipsorum adeo quod *nec nuntius quidem cladis* Gallorum *relictus.* Tunc *dictator, recuperata ex hostibus patria* (Liv. 5,49,5–7) – *cum trihumphali carmine et solempnibus iocis militaria signa prelata, secutus exercitus* Romanorum *preda* Gallorum *onustus* (Liv. 3,29,4–5) – ipsos[3] Gallorum duces omnes cum ipsorum centurionibus militumque catervis ab ipso Camilo et Romanis militibus trucidatos in fuga maximis plaustris ferri iussit ad huiusmodi Viridariam portam ipsosque sic trucidatos in foveas plenas stercorum iuxta portam huiusmodi noviter factas in me- 5 VZ,4,37,12

1 prospera *codd.*: secunda *Liv.*
2 {arma … momento} *G*
3 ipsos *scripsi*: ipsosque *codd.*

moria tante stragis et Gallorum perpetuam ignominiam coperiri mandavit.

6 Similis hostium Romanorum strages notatur per Livium .III. Ab urbe condita c. VIIII § *ducti ante currum hostium duces* vincti,[1] *signa prelata, secutas exercitus preda onustus* (Liv. 3,29,4), et cetera. Deinde[2] ovanti gaudio et carmine trihumphali urbem ingressus eam de novo rehedificare precepit, secundum Livium .V. Ab urbe condita c. ultimo (cf. Liv. 5,49,7).

7 Et ista est causa quare porta huiusmodi Viridaria hodie VZ,4,38,4 a Romanis nuncupatur Merdara et huiusmodi ystoria pro parte notatur per Livium .V. Ab urbe condita c. XXIII (cf. Liv. 5,49); residuum vero in cronicis Romanis clarissime explicatur[3].

37,1 37. De porta Tyronum[4]

Porta Tyronis[5] .i. militaris, nam tyro Grece Latine dicitur novus miles nondum exercitatus sed ad militiam ignarus et rudis[a], ubi tyrones Sardinie et Corsice insularum destructis ipsorum insulis ab Agarenis et regulis eorundem tamquam inexperti armorum militarium instruebantur assiduo exercitio militari ad instar Romanorum tyronum qui exercebantur antiquitus in Campo Martio inter Tiberim et urbem sito, *utrum* miles *tanto operi esset aptus* (Veg., *Mil.* 1,8), iuxta ea que per Vegetium .I. De re militari traduntur (cf. Veg., *Mil.* 1,8–19; 26).

1 vincti *scripsi*: vinctos *codd.*
2 deinde *G*: demum *NO*
3 que antiquitus Nevia dicebatur[e], et cetera *add. N*
4 Tyronum *G*: Tyrona *NO*
5 Tyronis *G*: Tyrona *NO*

«Sed ab olim porta huiusmodi Tyrona dicebatur porta Nevia, secundum Livium .II. Ab urbe condita c. III § *Namque Valerius consul* (Liv. 2,11,4) *iussit Spurium Largium cum expedita iuventute* Romana *ad portam Collinam stare, donec hostis* Porsenna *pretereat, deinde se obicere ne sit ad flumen redditus. Consul alter*[1] *Lucretius porta Nevia cum aliquot manipulis militum egressus* (Liv. 2,11,7–8), et cetera, et dic ut ibi de pugna inter Romanos et gentem Porsenne regis Etruscorum. Et huiusmodi porta Nevia est sita inter portam Collinam[2] et portam Viridariam et ideo dicta est porta Nevia,[3] quasi sine via populari sive publica; 2 VZ,4,38,15 VZ,4,38,16

sed hodie Romano dyomate dicitur porta de Nibio, et cetera;[4] vel melius huiusmodi porta aliter[5] dicebatur Tyrona quasi Tusca, quia per eam itur Tusciam et presertim in maritimam Tyrenorum .i. Tuscorum, qui secundum Livium .VII. Ab urbe condita c. I Tyreni dicuntur (cf. Liv. 5,33,8 *potius quam* 7,2,4; 6), et cetera.»[6] 3

38. De porta Pertusa **38,1**

Porta Pertusa ideo dicitur Pertusa, quia respectu aliarum portarum urbis minus habetur in usu.[7] VZ,4,39,1

De eadem 2

Vel ideo dicitur Pertusa, quia parva est ad modum parvi foraminis; vel dici potest ideo Pertusa a parvo saltu .i. monte in quo est sita dicta porta, qui est parvior pre ceteris aliis montibus finitimis dicte porte.

Et ideo mons huiusmodi respectu parve altitudinis dicebatur antiquitus Romano dyomate monte Pertuso .i. 3

1 alter *correxi ex Liv.*: aliter *codd.*
2 Collinam *N*: Neviam *O*
3 et portam … Nevia *om. O*
4 sed … et cetera *N*: de eadem *O*
5 aliter *N*: alias *O*
6 *add. NO*
7 quia parum usitata existit *post* usu *add. NO*

mons parvus, et antequam beatus Leo papa hedificaret «ibidem; locus inter portam Collinam et portam Pertusam situs dicebatur ab olim vicus Tuscus, quem idem pontifex iussit vocari de cetero suo nomine»[1] civitatem Leoninam[2]; et hec ultima expositio magis placet.

4 Et iste quatuor porte secundum quosdam, et male, non sunt de pertinentiis urbis sed civitatis Leonine, occupate meo tempore tyrannice per Ursinos de Ponte, ubi huiusmodi apostolice sedis presul fecit inhabitare Sardos et Corsos exules ab insulis eorundem, ut prefertur supra proxime, secundum Ieronimum in Cronica sua[a] et [male][3] secundum Livium .II. Ab urbe condita c. III § *obmisso bello Romano,* ibi: *Porsenna, ne frustra in ea loca* urbis *exercitus* suus *eductus videretur, cum parte copiarum* exercitus sui[4] *misit filium* suum *Aruncem oppugnatum Aritiam. Prelio concitato, fusi Etrusci, amisso duce* eorum Arunco, et *quia nullum propius erat* eis *perfugium,*[5] *Romam inhermes delati sunt* Etrusci; *ibi* a Romanis *benigne recepti divisique* per *hospitia. Curati vulneribus, alii profecti* sunt *domos, multos Rome hospitium urbisque caritas tenuit. Hiis locus ad habitandum datus* est Rome, *quem deinde* Etrusci *vicum Tuscum apellaverunt* (Liv. 2,14,5–9); qui vicus dicitur hodie a Romanis porticus Sancti Petri[6].

1 *add. NO*
2 civitatem Leoninam *scripsi*: civitas Leonina *codd.*
3 male *delevi*
4 facta concordia cum Romanis *post* sui *add. N*
5 perfugium *correxi ex Liv.*: profugium *codd.*
6 vel dici potest ... Sancti Petri *NO*: *hanc partem capituli 38 sic seiungit G*
39. De porta Tyrena
Vel alias huiusmodi porta dicebatur ab olim porta Tyrena .i. Tuscorum, per quam itur Tusciam et presertim in maritimam Tyrenorum .i. Tuscorum, qui secundum Livium .VII. Ab urbe con-

39. De porta Septinea **39**,1

Porta Septinea dicitur a suptentrione, quia respicit subtentrionalem plagam; vel verius porta Septinea dicitur a sub et Iano monte sub quo est sita, ut evidenter apparet aspectu; VZ,4,39,18

que porta ex aquis defluentibus tempore pluviarum ex dicto monte sibi finitimo et alluvie Tiberis eidem contigui [porta huiusmodi],[1] in ingressu et egressu ipsius, pre- 2

dita c. I Tyreni dicuntur (cf. Liv. 5,33,8 *potius quam* 7,2,4; 6); {et vicus existens inter portam Collinam et portam Tyrenam, per quem habetur accessus ad huiusmodi portam, est ubi ab olim gentes Arunti filii Porsenne regis Etruscorum post conflictum receptum ab Aricinis, perdito ipsorum duce, in urbe se receptaverunt ad curandum vulnera, *quia nullum propius erat profugium.* Appellatus est vicus Tuscus, et est de pertinentiis urbis et non civitatis Leonine, secundum Livium .II. Ab urbe condita c. III § *obmisso bello Romano Porsenna cum parte copiarum filium Aruntum Ariciam oppugnatum mittit* (Liv. 2,14,5). Sed hodie vicus huiusmodi Tuscus dicitur porticus Sancti Petri.}
{De eadem}
Vel dicitur porta Pertusa a parvo saltu .i. monte, in quo est sita dicta porta, qui est parvior pre ceteris aliis montibus finitimis dicte porte. Et ideo mons huiusmodi respectu parve altitudinis dicebatur antiquitus Romano dyomate monte Pertuso .i. mons parvus, antequam beatus Leo papa hedificaret civitatem Leoninam; et hec ultima expositio est verior. Et iste quattuor porte {secundum quosdam, et male, [*i. r.*] non} sunt de pertinentiis urbis, sed civitatis Leonine, occupate meo tempore tyrannice per Ursinos de Ponte huiusmodi, ubi apostolice sedis presul fecit inhabitare Sardos et Corsos exules ab insulis eorundem, destructis ab olim per Agarenos, secundum Ieronimum in Cronica sua.
Textus quem exhibent NO melius cohaerere mihi videtur itaque eum in editionem recepi.

1 porta huiusmodi *delevi*

sertim ex parte que respicit ecclesiam hospitalis Sancti Spiritus in Saxia, est nimium[1] sordida et lutuosa[2].

40,1 40. De porta Carmentali

Porta Carmentalis, que est a dextro montis Iani, dicitur hodie porta Sancti Pancratii, per quam *pretereuntes trecenti et sex milites* generis Fabiorum, *quos nemo ducum spernerat Vegenti populo pestem minitantes,* pro quibus Romani deos iugiter *precabantur, ut* eos *sospites brevi in patriam* tempore *restituant ad parentes – in cassum misse preces; infelici via* eiusdem *Carmentalis porte profecti ad Cremeram flumen* (Liv. 2,49,4–8), secundum Livium .II. Ab urbe condita c. XVI § *Fabii postera die arma capiunt* (Liv. 2,49,2).

2 VZ,4,40,5 De hac porta loquitur altius Urbanus, commentator super libro Eneidorum, dicens quod Carmentis mater Evandri, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. VI § *Evander* (Liv. 1,7,8), consueta *canere fata,* propterea *a suis* fuit *Carmentis* nomine nuncupata. *Nam antiqui vates carmentes dicebantur, unde et librarii qui eorum dicta scribebant* VZ,4,40,6 *carmentarii* sunt a carmine *nuncupati.* Hec[3] mulier sepulta est ad portam Carmentalem, ubi *Evandrum aram*[4] *pro monumento matris* statuisse ferunt et *post* eius *decessum deam creditam* et *Carmentalem* vocatam.

3 Hec est porta quam *Sceleratam* dicunt [XXXI], quia *per illam,* ut Varro et Livius .II. Ab urbe condita dicto c. XVI in fine describunt (cf. Liv. 2,49,4–8), *trecenti* et *sex ex Fabiis*[5] ceciderunt *in bello nec reversi sunt*[a].

1 nimium *G*: nimis *NO*
2 sicut patet ad oculum *post* lutuosa *add. N*
3 autem *post* Hec *add. N*
4 ubi est hodie ecclesia Sancti Pancratii *post* aram *add. NO*
5 per eam exeuntibus contra Vegentes populos *post* Fabiis *add. N*

41. De porta Portuensi **41,1**

Porta Portuensis denominatur a civitate Portuensi, ad quam eiusque portum per eam patebat accessus, et apud civitatem eandem erat portus Romanus, destructus ab olim per beatum Gregorium papam natione Romanum propter inminentia pericula *classium externarum* nationum *nimia propinquitate*[a] maris incursantium frequenter loca finitima urbis, secundum cronicas Romanas. VZ,4,40,10

Hodie ab incolis regionis dicte porte antiquarum ystoriarum ignaris[1] dicitur porta Sancti Francisci. 2

De eadem 3

Alias huiusmodi porta dicitur Aurelia ab auro, quia priscis temporibus regio Transtiberim dicebatur civitas Aurelia, sed prius dicebatur Ravenna .i. refugium venientium navium de mare ad Tiberim Romanum, ab olim Albulam nuncupatum[2].

Alias porta huiusmodi Erea quandoque et Raudera dicebatur ab ere .i. tributo per Tiberim venienti de Persida et aliis regnis et provinciis orbis ad urbem, et vasa terrea,[3] in quibus tributa huiusmodi portabantur, frangebantur, ex quarum fragmentis factus fuit quidam acervus sive cumulus elevatus in altum, qui Romano dyomate dicitur 4

1 ignaris *scripsi*: ignari *codd.*

2 {sed prius ... nuncupatum} *G*

3 Alias huiusmodi porta ... vasa terrea *G*: Alias huiusmodi porta dicitur Erea ab ere quod est tributum priscis temporibus prestari solitum Romanis a singulis regibus et provinciis universis per singula quinquennia, et portabatur ad urbem per eos et questores huiusmodi tributorum per rates et navigia quam plurima vasis terreis plena eris per mare usque Romam in regione Transtiberim, ab olim nuncupata Ravenna, eo quod ipsa regio ab olim erat portus et refugium navium predictarum, et huiusmodi vasa terrea *NO*

hodie mons Testatie .i. testarum acervus, positus inter Tiberim et portam Trigeminam vel Capenam, ubi hodie singulis annis quibus in pace Romana civitas gubernatur ludus maximus celebratur a populo et iuventute Romana equestri. Et ex alto montis eiusdem emittuntur quadrige seu currus rotarum cum tauris[1] agrestibus et aliis silvestribus animalibus precipitantibus dictas quadrigas et *rotas curruum*[2] a *ruo* dictas[b].

5 De eadem

Alias porta huiusmodi dicitur Lauduscolana[3] .i. laudis scola, secundum Valerium .V. c. *De pietate erga patriam* § VZ,4,41,10 *cui principatum glorie optinenti* (Val. Max. 5,6,2); unde *era raudera* (Val. Max. 5,6,3) .i. auri vel eris denarius seu moneta aut tributum. Et hec sunt portarum urbis antiqua vocabula que ex dictis ystoriographorum salvo saniori iudicio potui reperire.

LIBER SEPTIMUS

PR,1 Explicit liber sextus. Incipit prologus libri septimi.

VZ,4,41,14 Inter alios antiqui operis lectionarios actus restat dicere de conditoribus montium urbis Rome, quorum fabrica modo michi oblata comparuit[a], que nominum[4] ipsorum opificum generosa expostulat nodos exolvere antiquorum, cursim tamen inspecta mentales demulsit oculos ut huiusmodi conditorum montium nobilitatis et

1 tauris *scripsi*: tauribus *codd.*

2 curruum *G*: currus *NO*

3 Lauduscolana *codd.*: Rauduscula (*v. l.* rauduscolana) *Val. Max.*

4 nominum *scripsi*: nomina *codd.*

antiquitatis insignia summa cum diligentia exquisita, distinctis mansionum fundamentis, nominatim laude maxima referantur.

Et primo dicendum est unde mons denominetur, et quidem mons dicitur a[1] munimine, quia munit nos atque defendit ab hostibus, secundum Uguitionem c. *Moneo* (cf. Hug., fol. 143v)[b]. *Sed in rebus tam antiquis si que similia veris sint, pro veris accipiantur,* secundum Livium Ab urbe condita libro V c. X (Liv. 5,21,9). 2

1. De septem montibus urbis Rome a quibus ipsa dicitur civitas septicollis, et primo de monte Ianiculo 1,1 VZ,4,41,16

Et est sciendum quod Roma dicitur civitas septicollis[a] a septem montibus sub murorum ambitu sitis. Quorum primus est mons Ianiculus, ubi *Ianus filius Iaphet* manseolum et civitatem hedificavit et suo nomine *Ianiculum appellavit*[b]. Sed prius vocabatur mons Aureus, ubi[2] est hodie hedificata[3] ecclesia Sancti Petri Montis Aurei, et dicitur Aureus ab aura, vento qui iugiter ibi flat, et non ab auro.

Nam *aura dicitur ab aere, quasi aerea, quia* levis[4] *sit aeris motus; agitatus enim aer auram* .i. ventum *facit; unde Lucretius: aereas auras* (Lucr. 1,771; 5,501)*; nam flatum* existentem *in ripis dicimus auram. Aura* enim *terrae*[5] *est,* secundum Ysidorum libro XIII, titulo *De ventis* c. XII (Isid., *Orig.* 13,11,17–18). 2

In huiusmodi monte fuit olim templum Neronis, infra quod fuit templum Apollinis in quo erat erarium Neronis. 3 VZ,4,41,24

1 munimen vel *post* a *add. N*
2 ubi *G*: in cuius clivo *NO*
3 hedificata *G*: sita *NO*
4 levis *codd., ut videtur*: lenis *Isid.*
5 terrae *correxi ex Isid.*: terra *codd.*

Sed huiusmodi templum fuit Deo ab olim consecratum per Romanum pontificem,[1] ubi requiescit[2] corpus beati Andree apostoli, fratris Petri; iuxta quod est angulia Cesaris primi monarche Romanorum; in cuius pignaculo corpus eius interemptum urna[3] sperica speculatur sepultum[c].

2,1 2. De monte Palanteo

Secundus mons est Palanteus, in quo *Evander rex Archadie*[a] cum navigio Romam veniens permissione Fauni filii Pici et nepotis Saturni, qui ante adventum Enee in Ytaliam regnaverunt, sibi fecit mansionem et sedem ac civitatem et domos innumeras ibidem construxit ad inhabitationem eius et *mediocris* plebis *popularium*[b] gentium VZ,4,42,2 regni sui; qui mons ideo dicitur Palanteus a Pallante dea sapientie, que in eodem monte moderatas melodias adinvenit et cantilenas ad delectationem Evandri et repellenda tedia nove plebi.

2 Deinceps *Ancus* quartus rex Romanorum *secutus mores regum priorum, qui rem Romanam auxerant hostibus in civitatem accipiendis, multitudinem omnem Romam transduxit. Et cum circa Pallanteum, sedem veterum*[4] *Romanorum, Sabini Capitolium atque arcem implessent, Aventinum nove multitudini datum.* Non *multo post Cillenis Ficanaque captis, novi cives* facti. *‹Politorium›*[5] *inde rursus bello repetitum*[6] *quod vacuum* [erat][7] *occupaverunt Prisci Latini, eaque causa*

1 Romanum pontificem *G*: Romanos pontifices *NO*
2 hodie *post* requiescit *add. NO*
3 erea *post* urna *add. NO*
4 veterum *correxi ex Liv.*: veteres *codd.*
5 Politorium *supplevi ex Liv.*: *om. codd.*
6 repetitum *correxi ex Liv.*: repetito *codd.*
7 erat *delevi*

[et][1] *diruendarum urbium earum fuit Romanis ne hostium semper receptaculum esset.*

Postremo omni bello Latino Medulliam conpulso, aliquandiu ibi Marte incerto, varia victoria pugnatum est. Nam et urbs tuta munitionibus presidioque firmata valido erat, et castris in aperto positis aliquotiens exercitus Latinus comminus[2] *cum Romanis signa contulerat. Ad ultimum omnibus copiis connisus Ancus acie primum vincit; inde ingenti preda potens Romam redit, tum quoque multis* militibus[3] *Latinorum in civitate acceptis, quibus, ut iungeretur Pallanteo Aventinum, Admurcie*[4] *date sedes. Ianiculum quoque adiectum* (Liv. 1, 33,1–6), ut supra. 3

3. De monte Saturnali **3,1**

Tertius mons dicitur Saturnalis, ubi *Nembroth* .i. Saturnus, nepos Iani, rex Cretensis expulsus *a Iove filio* suo de regno, in monte qui dicitur hodie *Capitolium* construxit manseolum, secundum Trogum libro XLIII in principio[a] (cf. Iust. 43,1,5); in quo celebrantur *religiones pie magis quam magnifice,* secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XXVIII in principio (Liv. 3,57,7); VZ,4,42,6 VZ,4,42,8

et eadem decada libro V c. ultimo, ibi: *Hic Capitolium est, eo loco* in quo *caput rerum summaque*[5] *imperii* Romani olim *fuit* (Liv. 5,54,7), et inde Capitolium *caput* populi sive civitatum[b], secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XXII (Liv. 1,45,3), *constructum saxo quadrato,* secundum Livium dicta decada libro VI c. III § *eodem anno, ne* 2 VZ,4,42,9

1 et *delevi*
2 comminus *correxi ex Liv.*: communis *codd., ut videtur*
3 militibus *codd.*: milibus *Liv.*
4 Admurcie] ad murcie *codd., sed cf. Liv. 1,33,5*
5 summaque *scripsi*: summamque *codd. (cf. Liv. 5,54,7)*

privatis tantum operibus cresceret[1] *urbs* (Liv. 6,4,12); quem *Capitolii* montem *atque arcem Sabini* populaverunt (Liv. 1,33,2) secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XX.

3 Sed Lactantius *De falsa religione* quasi in fine capituli de Capitolio loquitur in hunc modum, quod *cum Tarquinius Capitolium facere vellet atque in eo loco multorum deorum sacella essent, consuluit eos per auguria utrum Iovi cederent, et cedentibus ceteris solus Terminus mansit; unde illum poeta Capitolii inmobile saxum* (Verg., *Aen.* 9,448) *vocat. Iam ex hoc magnus Iuppiter invenitur, cui non cessit lapis, ea fortasse fiducia, quod illum de paternis faucibus liberaverat. Facto itaque Capitolio supra ipsum Terminum foramen est in tecto relictum, ut quia non cesserat* lapidi, *libero celo frueretur, quo ne ipsi quidem fruebantur qui lapidem frui putaverunt.*[2] *Huic ergo publice supplicabatur quasi deo* (Lact., *Inst.* 1,20,38–41) celum tenenti et pre ceteris diis meliori, secundum Lactantium *De falsa religione* c. *Cum* Saturnus[3] (Lact., *Inst.* 1,20,38), *custodi* futuro urbis, *qui non tantum lapis sed etiam* tribulus[4] *interdum* nominatus *est. Quid de hiis dicam, qui talia colunt, nisi ipsos lapides potissimum ac stipites* arborum *esse* (Lact., *Inst.* 1,20,41–42), et cetera.

4 inde rursus Tarquinius Priscus *cingere parat infima urbis loca circa forum aliasque interiectas collibus valles, quia ex planis locis* non *facile evehebant aquas.*[5] Eas *cloacis* e *fastigio in Tiberim ductis siccat et* aram[6] *ad edem in Capitolio Iovis*

1 cresceret *correxi ex Liv.*: creverat *codd.*

2 secundum Clementem libro X Itinerarii t. *De origine deorum* c. I, quod incipit: Cum *Saturnus* (Ps. Clem.-Ruf., *Rec.* 10,11,3 e. a.)[c] *post* putaverunt *add. NO*

3 Saturnus *codd.*: Tarquinius *Lact.*

4 tribulus *codd.*: stipes (*v. l.* tribus) *Lact.*

5 aquas *correxi ex Liv.*: aque *codd.*

6 aram *codd.*: aream *Liv.*

quam voverat bello Sabino, iam presagiente .i. divinante *animo futuram olim amplitudinem loci, occupat fundamentis* (Liv. 1,38,6–7), secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XXII § *pax deinde facta est; maiore inde animo* (Liv. 1,38,5), et cetera.

Vel dici potest a *capitulo,* quia ibi *conveniebant* senatores, sicut *claustrales in capitulo,* secundum Huguitionem c. *Capio* (Hug., fol. 17r), et Eutropium I c. *Romanum imperium* (Eutr. 1,1,1), in fine c. (cf. Eutr. 1,2,1). 5 VZ,4,42,12

De eodem 6

Alias mons huiusmodi dicitur mons Tarpei, qui *Romane preherat arci. Huius filiam* per *Tatium* regem Sabinorum *auro corruptam, ut armatos* Sabinenses *in arcem accipiat – aquam forte ea*[1] *tum sacris extra menia petitum*[2] *ierat. Accepti* Sabinenses in arcem *obrutam armis necavere, ut vi capta arx* .i. Iovis templum *potius videretur* quam proditione, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. IX in principio (Liv. 1,11,6–7).

Hec templi est origo quod primum[3] Rome omnium sacratum est, et Virgilius .VI. Eneidorum: *Vendidit* hec[4] *auro patriam dominumque potentem inposuit; fixit leges pretio atque refixit* (Verg., *Aen.* 6,621–622). 7

4. De monte Aventino **4,1**

Quartus mons dicitur Aventinus, ubi *Aventinus Silvius, rex Albanorum,* filius Aremuli Agrippe et pater Proci, proavi Romuli et Remi, *manseolum sibi* fecit[a]; et *nove multitudini datus* (Liv. 1,33,2) ad inhabitandum per Ancum quartum regem Romanorum, secundum Livium .I. Ab VZ,4,42,24 VZ,4,42,26

1 ea *correxi ex Liv.*: eam *codd.*
2 petitum *correxi ex Liv.*: petitam *codd.*
3 primum *NO*: primo *G*
4 hec *codd.*: hic *Verg.*

urbe condita c. XX § *tum modo ab Latinis* (Liv. 1,32,14), et cetera.

2
VZ,4,42,26
Et dicitur Aventinus *avium* augurium *de Tiberi illuc advenientium,* secundum Huguitionem c. *Venio* (Hug., fol. 241v)[b]; unde urbe condita *Remus Aventinum ad inaugurandum templa cepit* ibique deos invocavit, per quos auguriis ostenderetur an sibi an fratri Romulo nomen nove urbis daret augurium .i. *avium garritus, hoc est voces et lingue*[1c] .s. cum quis attendit quid aves garriant et augurient, secundum Papiam c. I quod incipit: *Augurium* (cf. Papias, *Elem.* p. 424)[d] et Livium .I. Ab urbe condita c. VI, ibi *Remus Aventinum ad inauguriandum templa capit* (Liv. 1,6,4).

3
VZ,4,42,28
Vel dicitur Aventinus ab eventu .i. inopinato casu, in illo monte ictu fulminis extinto et mortuo ac sepulto qui cognomen colli tradidit, secundum Ysidorum c. *De montibus et ceteris terre vocabulis*[e]; et notatur libro Speculi regum (cf. Gotifred., *Spec.* 499–502) *eo tempore quo Iudith* occidit *Olophernem* (Gotifred., *Spec.* 500).

4
Est enim Aventinus *locus felix,* ubi per Romanos fuerunt *inchoata prima initia libertatis,* secundum Livium .III. Ab urbe condita c. XVIIII quasi in principio, ibi: *In Aventinum ite, unde profecti estis* (Liv. 3,54,9), et cetera, et c. XXII, ibi: *Aventini Sacrique montis admonebat, ut ubi libertas parta esset, eo* .i. in eo *imperium illibatum referrent*
VZ,4,43,3
(Liv. 3,61,5), et cetera.[2] In eodem monte est templum dee Iunonis migrate Romam a Veiis, secundum Valerium .I. c. *De miraculis* § *nec minus voluntarius transitus* (Val. Max. 1,8,3),[3] et cetera[4].

1 lingue *scripsi*: linguas *codd.*

2 Concordat Livius .II. Ab urbe condita c. X in fine (cf. Liv. 2,32,1–33,3) *post* cetera *add. N*

3 ubi est hodie ecclesia Sancte Sabine *post* transitus *add. N*

4 et cetera *GN*: ibique est hodie ecclesia Sancte Sabine fratrum ordinis predicatorum *O*

5. De monte Quirinali 5,1

Quintus mons dicitur Quirinalis, a curis militum appellatus, secundum Livium .I. *Ab urbe condita* c. VIIII[a], seu a Quirino Romanorum rege quem Romani velut deum colebant et venerabantur, secundum Lactantium .I. *De falsa religione* c. VIIII (cf. Lact., *Inst.* 1,15,7–8), et Clementem primum papam libro Itinerarii[b]. VZ,4,43,7 VZ,4,43,9

Hic Quirinus .i. Romulus et *reges* alii *hastas* [XXXII] *pro diademate* antiquitus portabant erectas, *quas Greci sceptra dixerunt. Nam et ab origine rerum pro diis inmortalibus veteres hastas coluere, ob cuius religionis memoriam adhuc* in *deorum simulacris haste adduntur,* secundum Trogum libro XLIII in fine (Iust. 43,3,3). 2

Huiusmodi montem addidit urbi Servius Tullus sextus rex Romanorum, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XXIIII § *ad eam multitudinem* (Liv. 1,44,3). Item in eodem monte ab olim *intentis Gallis ne quis* Romanorum *hostium inter stationes* ipsorum *posset evadere,* ecce *repente* quidam *iuvenis Romanus in se concives* et *hostes* [in][1] *admiratione*[2] *convertit. Sacrifitium erat* tunc temporis *in* dicto *Quirinali* monte, dicto vade Neapolim Romano dyomate[3], statutum clare *genti Fabiorum.* 3

Et *ad id faciendum* Cornelius *Fabius* in gente sua precipuus *Dorsuo*[4] *Gabino cinctu*[5] *sacra manibus gerens cum de Capitolio* tunc a Gallis obsesso *descendisset* et *per medias hostium stationes* fuisset *egressus, nichil ad vocem terrorem-* 4

1 in *delevi*

2 admiratione *correxi ex Liv.*: admirationem *codd.*

3 dicto ... dyomate *G*: in templo Quirinali Capitolium prope, dicatum Romulo *N*: *om. O*

4 Dorsuo *correxi ex Liv.*: dorso *codd.*

5 cinctu *correxi ex Liv.*: cinctus *codd.*

que cuiusquam Gallorum perterritus *in Quirinalem collem pervenit; ibique omnibus peractis solempniter* in eodem Capitolio monte *reversus vultu constantiori atque gradu, satis sperans* sibi *propitios esse deos quorum cultum ne mortis quidem metu prohibitus deseruit* [sacrifitium],[1] *attonitis Gallis miraculo audacie seu religione* **[XXXIII]** *cuius gens* Gallica non *est negligens* (Liv. 5,46,1–3), secundum Livium .V. Ab urbe condita c. XXII in principio, quod incipit: *Rome interim* (Liv. 5,46,1);

5 «[quorum][2] *gloria belli Gallos ante Romanos fuisse,* secundum Salustium c. *Postquam Cato assedit* (Sall, *Catil.* 53,1) § *congnoveram* (Sall., *Catil.* 53,3);»[3] concordat Valerius .I. c. I § *eadem rei publice tempestate* (Val. Max. 1,1,11).[4]

6 In eodem Quirinali monte fuit templum Quirinale Romuli,[5] demolitum ab olim pro medietate regimine peregrino Branchaleonis Bononiensis, tunc senatoris urbis eiusdem, in quo colle inhabitat hodie clarum genus Archionum et Cavalleriorum cum multis aliis popularibus Romanorum.

VZ,4,43,10

6,1 6. De monte Viminali

Sextus mons dicitur Viminalis .i. virgularis, nam *vimen* est *virga viridis et mollis*[6] ad flectendum, secundum Huguitionem c. *Vireo*; que vimina virgulta dicuntur. Mons Viminalis est quidam mons qui dicitur Superaius .i. saltuosus, et ob raritatem excolentium ipsum redditus est silvester pariter et agrestis ad introitum et egressum et

1 sacrifitium *delevi*
2 quorum *delevi*
3 *add. N*
4 {Concordat Valerius ... tempestate} *G*
5 Romuli *G*: conditum *NO*
6 viridis et mollis *scripsi*: mollis et viridis *codd. (Hug.)*

ideo *habundabant* in eo *vimina* (Hug., fol. 247v) et virgulta ibique crescebant, sicut et nunc crescunt arbores et in altum exiliunt plus quam in aliis montibus urbis et ideo dictus est Viminalis.

2 Quem montem addit urbi Servius Tullus sextus rex Romanorum, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XXIIII, titulo *De conditione lustri* § *ad eam multitudinem urbs quoque amplificata visa est* (Liv. 1,44,3); sub cuius clivo fuit vicus Patriciorum qui procedebat usque ad ecclesiam Sancte Prudentiane, sed hodie huiusmodi Patriciorum familia degit in insula Liconia finitima monti Fabiorum. VZ,4,44,1

3 Satis puto quod princeps[1] insule Liconie urbis Rome finitime dicto monti fuit[2] ex genere Fabiorum[3], quia familia sunt clara patritiorum ex progenie senatorum, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. VII, ibi: *centum creat senatores, quia soli centum erant* nobilissimi viri *qui creari patres possent; patres ab honore, patritii progenies eorum* sunt *appellati* (Liv. 1,8,7).

4 De hac insula dic ut notat Livius .II. Ab urbe condita c. I, ibi: *insulam inde paulatim et aliis que fert temere flumen eodem invectis factam. Postea credo additas moles manuque adiutum, ut tam eminens area firma*que *templis ac porticibus sustinendis esset* (Liv. 2,5,4). Concordat Valerius .I. c. *De miraculis* § *sed ut ceterorum* (Val. Max. 1,8,2), in fine. In eadem etiam insula est templum Esculapii medici ab Epidauro ad urbem acciti. VZ,4,44,3

1 princeps *G*: principes *N*
2 fuit *G*: sint *N*
3 satis ... Fabiorum *om. O*

5 De eodem

Alias mons huiusmodi dicitur mons Exquilius ab *esca et alitibus* .i. avibus ingentibus nominatus, secundum Huguitionem c. *Edo* (Hug., fol. 52v), additus urbi per dictum Servium Tullum sextum regem Romanorum, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XXIIII § *ad eam multitudinem urbs quoque amplificata visa est,* et cetera. *Ibique ipse, ut loco dignitas fieret, inhabitat* (Liv. 1,44,3) et iustitiam publicam exercet.

6 Set Iuvenalis Satyra II videtur invenire quod mons Exquilius sit et Viminalis, ibi: *Exquilias dictumque petunt a vimine collem* (Iuv. 3,71). Nam exquilie sunt loca nemorosa et delectabilia, et hoc ostenditur cum dicitur Viminalis collis .i. delectabilis, ut virgultum amenum. Et sic est contra Livium dicto c. XXIIII Ab urbe condita libro I, sed, salva gratia Iuvenalis, non est verum quod Exquilius dicatur a vimine, sed dicitur ab esca et alitibus ingentibus;

7 inde Exquilius *esca alitum* (Hug., fol. 52v) .i. avium et declinatur *hic et hec alex.tis,* unde alex .i. *velox avis alta conscendens. Alites si adversa nuntient, inhibe dicuntur, quasi inhibeant, prohibeant et vetent, si prospera,* dicuntur *prepetes* .i. tarde volantes,[1] secundum Huguitionem c. *Alo* (Hug., fol. 4v)[a].

8 Ibi enim sunt simulacra Marii et Quinti Catuli consu-
VZ,4,44,9 lum Romanorum sine capitibus, qui Cymbros et Theothonos *iuxta Rodanum fluvium* (Eutr. 5,1,1) et in plano Ytalie subegerunt, secundum Quintilianum libro Acclamationum (cf. Ps.-Quint., *Decl.* 3,1;5;13–14), et Valerium .VI. c. I § ultimo (cf. Val. Max. 6,1, ext. 3).

1 tarde volantes *codd.*: quia omnes volentes priora petunt *Hug.*

In illo ardore pugne *CCCXL milia* Cymbrorum .i. Flandrentium et Theotonum[1] *duobus* bellis *cesa sunt, CXL milia capta absque innumera mulierum multitudine que se suosque parvulos furore femineo* laqueis nocte proxima suspenderunt[2] (Paul. Diac., *Hist. Rom.* 5,2), ex eo quod orantes Marium Romanorum consulem, ut ab eo virginibus Vestalibus dono micterentur affirmantes eque se atque illas virilis concubitus futuras expertes, eaque re non impetrata modo proximo mortue sunt reperte, secundum Ieronimum epistula ad Guchiam (cf. Hieron., *Epist.* 123,3). 9

Concordat Eutropius libro V c. *Dum* prelium[3] (Eutr. 5,1,1). Accedit ad idem Orosius .I. c. V: *Anno ab urbe condita DCXLII* (Oros., *Hist.* 5,16,1) § *igitur Marius* (Oros., *Hist.* 5,16,9), et c. sequenti. 10

Unde Romani in memoriam tante stragis ad *perpetuitatem merentium*[b] in dicto monte hedificaverunt quoddam templum quod appellatur Cymbro dyomate Romano ibique postea fuit balneum imperiale, ad quod aqua ex forma Claudia prope Ursum Pileatum iuxta Sanctam Bibianam decurrebat, secundum Cronicam Ieronimi (cf. Euseb.-Hieron., *Chron.* p. 148)[c], quam repetitis vicibus animum legere non gravavit;[4] et Plinium De naturis rerum libro XXXIIII c. *De origine statuarum,* ibi: *effigies* statuarum *non solebant exprimi nisi aliqua industrie causa* ad *perpetuitatem merentium* (Plin., *Nat.* 34,16). 11 VZ,4,44,11

1 Cymbrorum .i. Flandrentium et Theotonum *codd.*: Gallorum *Paul.*

2 laqueis nocte proxima suspenderunt *codd.*: necaverunt *Paul.*

3 prelium *codd.*: bellum *Eutr.*

4 et cetera *post* gravavit *add. G*

12 Accedit ad idem Valerius .V. c. *De severitate parentum adversus liberos* § *T. autem Manilius Torquatus,* in fine, ibi: *videbat enim se in eo atrio consedisse, in quo Imperiosi illius* Mallii *Torquati severitate conspicua ymago posita erat prudentissimoque viro succurrebat effigies maiorum suorum cum titulis suis idcirco in prima parte edium* [ymagines talium][1] *poni solere, ut eorum virtutes non solum posteri legerent sed etiam imitarentur* (Val. Max. 5,8,3).

13 Concordat Tullius Offitiorum .I. c. *Sequitur* (Cic., *Off.* 1,93), ibi: *optime autem hereditas a patribus traditur liberis omnique* patrocinio *prestantior gloria virtutis rerumque* VZ,4,44,17 *gestarum* (Cic., *Off.* 1,121), videlicet ab ipsis patribus; et si queratur quare dicta simulacra et cetere alie dicte urbis simulacrorum ymagines maneant hodie sine capite, respondetur *ne erroris antiqui semen de cetero pullularet.*

14 Et ideo *ymaginibus demonum capita atque menbra* Gregorius primus papa natione Romanus *fecit generaliter amputari, ut per hoc extyrpata radice heretice pravitatis palma ecclesiastice veritatis plenius exaltaretur* (Mart. Pol., *Chron.* p. 422), secundum cronicas[d], dicta *palma quasi pacis alma*[e]. Simili modo Sergius papa ludum Proserpine, qui a Romanis annis singulis Kalendis Februarii colebatur, per institutionem dationis cerei in festo Purificationis Domine nostre penitus abolevit, secundum quod legitur et narratur in legendis sanctorum in festo dicte Purificationis, et dic ut ibi[f].

7,1 7. De monte Celio

VZ,4,45,1 Mons Celius septimus collis urbis dicitur a celsitudine, *aditus urbi* per Tullum Hostilium tertium regem Romanorum et populatus ex *ruinis* et excidio *Albanorum, et* ut *fre-*

1 ymagines talium *delevi*

quentius habitaretur, statuit ibidem *Tullus* sibi *regiam sedem ibique habitavit.* Deinceps *principes Albanorum elegit in patres, ut ea quoque pars rei publice cresceret*; elegit insuper *Tullios, Servilios, Quintios, Geganios, Curiatios.*

2 Et in colle huiusmodi *fecit curiam que usque ad patrum nostrorum etatem est Hostilia appellata. Et ut omnium ordinum aliquid viribus ex novo populo addiceret, equitum decem turmas ex Albanis elegit, legiones etiam veteres* eorum *supplemento explevit et novas descripsit,* secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XVII in fine (Liv. 1,30,1–3).

3 Incidentia[1]

VZ,4,45,3 Et hii septem montes dicuntur septem capita bestie, super qua mulier i. Roma sedet, et reges septem qui ceciderunt, quorum primus fuit Romulus, secundus Numa Popilius, tertius Tullus Hostilius, quartus Ancus Martius, quintus Tarquinius Priscus, sextus Servius Tullius, septimus et ultimus Tarquinius Superbus, secundum Livium .I. Ab urbe condita capitulis diversis;

4 et isti septem reges fuerunt reges Babillonis *matris magne fornicationum et abhominationum terre.* Et hec Babillon est *mulier ebria de sanguine sanctorum martirum Iesu Christi* et huiusmodi mulier est *civitas magna* Roma *habens regnum* quartum .i. imperatorem *super* omnes *reges terre* dominum. *Et posthec vidi alium angelum* .i. Christum exclamantem et *descendentem de celo, habentem potestatem magnam, et terra illuminata est gloria eius.* Et hic est Christus natus de utero virginali *exclamans* – supple: in cruce –, *in fortitudine eius dicens: Cecidit, cecidit Babilon magna* – Apocalypsis c. XVII et c. XVIII (Vulg., *Apc.* 17,5–6;18 et 18,1–2), et dic ut ibi.

1 Incidentia *G*: De incidentia [vel applicatione *O*] *NO*

LIBER OCTAVUS

PR,1 Explicit liber septimus. Incipit prologus libri octavi.
VZ,4,45,6 Absoluta parte septem originalium montium urbis Rome, a quibus Roma nominatur[1] civitas septicollis[a] – Apocalypsis c. XVII (cf. Vulg., *Apc.* 17,9) –, tempus est nunc[2] ad nomina regionum huiusmodi[3] urbis earumque numerum atque signa[4] oratorio iudicio proficisci, que tertio decimo numero continentur.

1,1 1. De regione Montium et Biberatice
De prima regione urbis que dicitur Montium et Biberatice – nam regio Montium dicitur a tribus montibus in ea sitis, quorum primus est Quirinalis, *a Curibus appellatus*[a], secundum Livium .I. Ab urbe condita c. VIIII § *ita ge-*
VZ,4,45,15 *minata urbe* (Liv. 1,13,5), secundus est Exquilius, nuncu-
VZ,4,45,15 patus ab esca alitum .i. avium, tertius est Celius, a celsitudine appellatus, *additus urbi* per Tullum Hostilium tertium regem Romanorum et populatus ex *ruinis Albanis,* secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XVIII § *Roma interim crescit Albe ruinis* (Liv. 1,30,1).
2 Biberatica vero dicitur a profunditate paludis [lacus],[5]
VZ,4,45,16 ubi Mectius Curtius Sabinorum princeps ex bello fugiens submersus est. Hodie locus in quo sita est dicta palus[6] corrupto vocabulo dicitur Campus Carlei .i. Curtii, ubi cum profunde foditur terra, invenitur qualiter fuerunt

1 nominatur *G*: dicta est *NO*
2 nunc *G*: ut in presenti *NO*
3 huiusmodi *G*: eiusdem *N*: eiusdem *post* urbis *praebet O*
4 numerum atque signa *scripsi*: numero atque signis *codd.*
5 lacus *delevi*
6 palus *scripsi*: paludis *codd.*

aque paludis huiusmodi exsiccate. Et vocatur campus ille platea, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. VIIII dicto § *ita geminata urbe* (Liv. 1,13,5).

3 De huiusmodi palude et aliarum aquarum venientium ex collibus ad *convalles* urbis eiusdem desiccatione et *cloacis* e *fastigio in Tiberim ductis* (Liv. 1,38,6) per Tarquinium Priscum quintum Romanorum regem scribitur plene per Livium .I. Ab urbe condita c. XXII, ibi: *maiore inde animo pacis opera inchoata* (Liv. 1,38,5).

4 VZ,4,45,21 Cuius regionis signum sunt tres montes predicti, spericam formam habentes, coloris terrei sive silcei, siti in campo albo. Nonnulli Romani moderni ygnari ystoriarum Romanarum depingunt, et male, hodie huiusmodi montes colore viridi dicentes[b]: „Letatur multum viridi natura colore“[c]; dicitur[1] mons quasi magnum solum .i. *alta terra eminens*[d].

5 Incidentia[2]

Et est notandum[3] quod incole huiusmodi montium diversa morum qualitate pollentes fervent calore fidei ad martirium usque producti. Et in huiusmodi regione designatur cauda leonis, in qua describitur[4] eius sagacitas veluti cum ipsa *cooperit vestigia* pedum, *ne* a *venatoribus* circumspectus capiatur, secundum Ysidorum .XI. c. *De pecoribus et iumentis* (Isid., *Orig.* 12,2,5).

6 Ad instar puppis classium ubi consistit gubernatio totius navigii, ita in huiusmodi regione fuit ab olim guber-

1 dicitur *N*: dictus *GO*

2 Incidentia *G*: De incidentia regionis eiusdem *O*: De dispositione dicte regionis *N*

3 notandum *GO*: sciendum *N*

4 describitur *G*: designatur *NO*

natio et regimen urbis pre ceteris aliis regionibus dicte urbis, quia ibi erat palatium imperialis monarchie, Coloseum, terme Diocletiani Cesaris, templum Consi dei consiliorum,[1e]

7 «de quo fit mentio per Valerium .II. c. I § *nunc causam instituendorum ludorum,* ibi: *Consualia* deorum *nomine celebravit* (Val. Max. 2,4,4), spectacula ludorum, et festa dicti Consi dei consiliorum, habitationes Gaii Cesaris, memoria Cymbrorum cum titulis symulacrorum templumque Dyane»[2] et multa alia ingentia[3] templa deorum.

2,1 2. De regione Trivii et Vie Late

Secunda regio est Trivii et Vie Late. Trivium dicitur a triumviris[4] in ea regione primum creatis ad supplicia exequenda et erat nomen dignitatis vel[5] offitii, secundum «Valerium .V. c. V § *sed nescio,* ibi: *proscriptus a triumviris* (Val. Max. 5,7,3), et cetera; et eiusdem libro[6] VI c. I § *Gaius Fescenninus triumvir* Capitolinus[7] (Val. Max. 6,1,10), et dic ut ibi plene notatur de iustitia triumvirorum,[8] et c. VII § supplicia[9] (Val. Max. 6,7,3).

2 Concordat»[10] Livius .I. Ab urbe condita c. XVII, ibi: *Tum Oratius* (Liv. 1,26,8), *raptus* ad supplicium propter sororis sue necem. *Ne* Tullus[11] Romanorum *rex* videretur *auctor* tante *tristis* severitatis, iuxit *advocari populi* Ro-

1 {templum Consi dei consiliorum} *G*
2 *add. NO*
3 {ingentia} *G*
4 triumviris *G*: tribus viris tribunis *NO*
5 vel *G*: et *NO*
6 .V. c. V ... libro *om. O*
7 Capitolinus *codd.*: capitalis *Val. Max.*
8 Capitolinus ... triumvirorum *om. O*
9 supplicia *codd.*: Sulpicia *Val. Max.*
10 *add. NO*
11 Hostilius *post* Tullus *add. NO*

mani *vulgum,* ne tam *ingrato iudicio* (Liv. 1,26,5) Horatius deperiret severitate triumvirum quorum precibus ipse *cessit,* secundum Livium .VIII. Ab urbe condita c. XXII § *iteratur deinde contentio* (Liv. 8,33,5), ibi: *cui* scilicet populo *rex Romanus Tullus Hostilius cessit* precibus (Liv. 8,33,8) atque *donatur* [ac][1] *tribunicie potestati* (Liv. 8,35,5), ut notatur ibidem in § *stupentes tribunos* (Liv. 8,35,1).[2]

«Concordat Digestorum *De origine iuris* l. II § *eodem tempore constituti sunt triumviri capitales qui carceris custodiam haberent, ut cum*[3] *animadverti oporteret interventione*[4] *eorum ‹fieret›,*[5] et cetera (*Dig.* 1,2,2,30); et Digestorum *De origine iuris* l. II § hiis *temporibus* [quod][6] *cum plebs* .s. Romana *a patribus secessisset anno fere decimo septimo post reges exactos, tribunos sibi in monte sacro* .i. Aventino *creavit, qui essent magistratus plebei. Dicti tribuni,* quia tunc *in tres partes populus divisus erat et ex singulis* partibus *singuli creabantur, vel quia tribuum*[7] *suffragio* plebis *creabantur* (Dig. 1,2,2,20). 3

Rursus eadem lege cavetur III § in *initio civitatis huius constat reges omnem potestatem habuisse; hiisdem temporibus et tribunos*[8] *celerum* .i. militum *fuisse constat.* Hii *autem erant qui equitibus preerant et veluti secundum locum a regibus obtinebant; in quo numero fuit Iunius Brutus qui auctor fuit reges eiciendi* (*Dig.* 1,2,2,14–15). Concordat Livius .I. Ab urbe condita c. ultimo § *Conclamat*[9] *vir paterque* .s. Lucretie. *Brutus illis occupatis luctu cultrum ex vulnere Lucretie extractum* (Liv. 1,58,12–59,1), et cetera; 4

[qui Brutus,][10] *exactis* .i. expulsis *regibus lege tribunitia omnes le-* 5

1 ac *delevi*
2 {quorum ... tribunos} *G*
3 ut cum *correxi ex Dig.*: et *N*
4 interventione *correxi ex Dig.*: interventioni *N*
5 fieret *supplevi ex Dig.*: *om. N*
6 quod *delevi*
7 tribuum *correxi ex Dig.*: tribuni *N*
8 tribunos *scripsi* (tribunum *Dig.*): tribuni *N*
9 Conclamat *correxi ex Liv.*: consanitus *N, ut videtur*
10 qui Brutus *delevi*

ges exoleverunt,[1] ut notatur e. l. § *exactis exinde regibus* (*Dig.* 1,2,2,3); *deinde cum* [plebs][2] *post aliquos annos XII tabule late essent et plebs cum patribus contenderet*[3] *et vellet ex suo quoque corpore consules creare et patres recusarent, factum est ut tribuni* quidem[4] *crearentur, partim ex plebe, partim ex patribus consulari potestate hiique constituti sunt vario numero; interdum enim XX fuerunt* et *interdum plures, numquam*[5] *pautiores* tribus[6] (*Dig.* 1,2,2,25). Et sic tribunitia potestas est maior dictatura – ibi: *certe unus plus quam tua dictatura potest et pollet* (Liv. 8,33,8).»[7]

6 Et propterea huiusmodi regio habet pro signo tres gla- VZ,4,46,15 dios sive enses in campo rubeo sitos ad supplicia exequenda per lictores eorum, dictos *quasi legis ictus,*[8] *ad* quorum[9] *offitium spectat ferire quem lex iudicat feriendum*[a].

7 Vel aliter[10] dici potest quod huiusmodi regio ideo dicitur Trivii, quia in ea regione creati fuerunt primo tres tribuni qui *plebi* Romane *iura tribuerent* atque *opem,* qui magistratus plebis Romane dicebantur, secundum Ysidorum (Isid., *Orig.* 9,4,18), habentes nichilominus tres lictores ad iustitiam exequendam, unde antiquitus offitialis cuius manu iudex punit nocentes, cum reo gladius immineret, dicebat dampnato: „Obtempera mandato legis“[b], ut ex hac verborum mansuetudine dolorem iustitie mitigaret.

8 Et ista est ratio quare homines huiusmodi regionis pro signo regionis eiusdem deferunt in ipsorum vexillo sig-

1 exoleverunt *correxi ex Dig.*: exolevit *N*
2 plebs *delevi*
3 contenderet *correxi ex Dig.*: contempneret *N*
4 quidem *N*: militum *Dig.*
5 numquam *N*: nonnumquam *Dig.*
6 Concordat Digestorum ... pautiores tribus *om. O*
7 *add. NO*
8 ictus *codd.*: ictor *Ioann. Saresb.*
9 quorum *NO*: cuius *G (cf. Ioann. Saresb.)*
10 aliter *om. NO*

num trium ensium coloris albi in campo rubeo, crudelitatis prenuntio sanguine rutilante[c].

Vie Late regio ideo nominatur ab effectu rei, quia ampla itinera continet[1] atque lata, sicut *exitus acta probat*[d], et ideo dicitur Via Lata. 9

3. De regione Columpne et Sancte Marie in Aquiro 3,1

De tertia regione urbis que dicitur regio Columpne et Sancte Marie in Aquiro – que[2] ideo dicitur Columpna a rectitudine et firmitate quibus ab olim incole huius regionis ad instar cuiuslibet stabilis edificii columpnarum *recti* et *firmi* dicebantur[a] – Psalmus: *ego confirmavi columpnas eius* (Vulg., Ps. 74,4);

quorum virtutes clarissimas imperator Antonius animadvertens inter tales viros regionis huiusmodi elegit habitationem, in qua occasione predicta ingentia construxit palatia et erexit in titulum laudis et honoris sui glorieque perhennis ac[3] regionis ipsius nomen sempiternum unam ingentem columpnam marmoream, concavam a pede usque ad verticem, per quam patet accessus [per eam][4] per quasdam scalas lapideas, stantes in medio ipsius, cuius altitudo esse dinoscitur centum quadraginta pedum, et in circumferentiis columpne huiusmodi iussit sculpiri ymagines, simulacra et statuas, *a sto* dictas[b], 2 VZ,4,47,5 VZ,4,47,8

representantes clarissimos viros consules Romanos ob magnificas virtutes gestaque eorum, scilicet Brutorum, Publicolarum, Emiliorum, *Fabritiorum*,[5] Curiorum, *Scipio-* 3

1 continet *N*: obtinet *G*: contiget *O*
2 regio *post* que *add.* *NO*
3 que ideo ... perhennis ac [*i. r.*] *G*
4 per eam *delevi*
5 scilicet Brutorum, Publicolarum, Emiliorum, Fabritiorum *om.* *O*

num, Scaurorum, *Camiliorum,*[1] *Marcellorum,* Metellorum,[2] Mutiorum, Coclitum, Torquatorum, Mariorum, Catulorum ac ceterorum generosorum virorum genere atque factis et postremo illustrium *cesarum* splendore *fulgentium,* secundum Valerium .II. *De institutis antiquis* § *maiores*[3] (Val. Max. 2,1,10), et eiusdem .IIII. c. *De paupertate* § ultimo (cf. Val. Max. 4,4,11), et eiusdem .V. c. *De severitate* § *Titus autem Manilius Torquatus,* in fine, ibi: *videbat enim se in eo adrio* .i. nobilium habitatione *consedisse, in quo ymago illius Imperiosi Torquati severitate conspicua erat posita*; cui *prudentissimo viro succurrebat effigies maiorum suorum cum titulis* .i. laudibus et honoribus *suis* [que][4] *in prima parte edium* ideo *poni solere, ut posteri* viri egregii *non solum legerent sed etiam virtutes imitarentur* (Val. Max. 5,8,3).

4 Concordat Tullius Offitiorum .I. c. *Sequitur* (Cic., *Off.* 1,93), ibi: *optime autem hereditas a patribus traditur liberis omnique patrimonio* opulentior, videlicet *gloria* et honor *virtutis rerum gestarum* per eos (Cic., *Off.* 1,121). Nam *ymagines,* statue et *simulacra sunt quedam forme et note* virtutum et *rerum,* quarum[5] *si habere memoriam volumus* et ipsorum gerentium nomina *meminere,* ymagines ipsas *certis locis* publicis nos *collocare oportebit* (*Rhet. Her.* 3,29), ut ex hoc quilibet aspiciens famam et gloriam suorum maiorum virtutibus et gestis magnificis se studeat[6] adequare,[7] secundum Tullium .III. Rethoriche nove.

1 Camiliorum *om. NO*
2 Metellorum *om. NO*
3 {maiores} *G*
4 que *delevi*
5 quarum *scripsi*: quas *codd.*
6 studeat *scripsi*: studeant *codd.*
7 adequare *NO*: adequari *G*
{regionis ipsius ... studeant adequari} *G*

Accedit Salustius prope finem prohemii Iugurtini, dicens ibi: *Sepe audivi ‹Q.›*[1] *Maximum, Publium Scipionem, civitatis nostre preclaros viros solitos ita dicere, cum maiorum ymagines intuerentur, vehementissime sibi animum ad virtutem accendi* (Sall., *Iug.* 4,5). 5

In qua regione erat firmamentum et rectitudo firmissima iusticie [et][2] cuiuslibet;[3] quorum consulum et cesarum gesta Tullius Romane eloquentie caput, *Livius lac eloquentie,* secundum Ieronimum[4] (Hieron., *Epist.* 53,1), Suetonius et Orosius hystoriographi gloriosi ac Machabeorum .I. quasi per totum necnon et cronice Romane ad *perpetuitatem merentium*[c] predictorum laudibus attulerunt;[5] ne ipsorum gesta vetustas obrueret neque tam magnificam[6] Romanorum[7] gloriam[8] principum oblicteraret oblivio, retulerunt in scriptis.[9] 6

«In qua regione fuit palatium Octaviani imperatoris, ubi est hodie ecclesia Sancti Silvestri de Capite, et ibi erat fundamentum veritatis et rectitudo firmissima huiusmodi Octaviani Cesaris.»[10] – Tymothei c. I, ibi: *in domo Dei conversare, que est ecclesia Dei vivi, columpna et firmamentum veritatis* (Vulg., I *Tim.* 3,15), et Canticorum III (cf. Vulg., *Ct.* 3,10) et VI capitulis, in fine, ibi: *columpne marmoree fundate super basis aureis* (Vulg., *Ct.* 5,15). 7

1 Q. *supplevi ex Sall.*: *om. codd.*
2 et *delevi*
3 In qua regione ... et cuiuslibet *om. NO*
4 in prefationem Biblie *post* Ieronimum *add. NO*
5 attulerunt *GN*: et tulerunt *O*
6 magnificam R^{pc}: magnifica *GNO*
7 Romanorum *G*: predictorum *NO*
8 gloriam R^{pc}: gloria *GNO*
9 {secundum Tullium ... in scriptis} *G*
10 *add. NO*

8 Vel regio huiusmodi ideo dicitur regio Columpne similitudinarie *a columine*[d] quod est forte, quia incole regionis eiusdem ac generosi equites degentes in eadem[1] sunt fortes et ad bella promptissimi ac experti exercitio militari, sicut *exitus acta probat*[e], pre ceteris aliis incolis Romanorum.[2]

9 VZ,4,47,9 Sancte Marie in Aquiro ea que sequitur dicitur ratione, quia circa huiusmodi ecclesiam fuerunt multi quirites et homines generosi, propter quod gentes et incole regionis eiusdem portant signum vennatum ad instar penne de vario[f] in testimonium nobilitatis et generositatis[g].

4,1 4. De regione Campi Martis et Sancti Laurentii in Lucina

De[3] quarta regione urbis que dicitur regio Campi Martis et Sancti Laurentii in Lucina – ad cuius regionis et campi Martis evidentiam est sciendum quod campus Martis fuit olim campus bellicosus deo *Marti* per Romanos ab olim *consecratus* (Liv. 2,5,2), secundum Livium .II. Ab urbe condita c. I § *de bonis regis*[4] (Liv. 2,5,1), in principio, *vicinus* Romano *Tiberi, in quo* militaris *iuventus post exercitium armorum sudorem pulveremque diluebat ac lassitudinem deponebat cursus natandi labore* (Veg., *Mil.* 1,10);

2 *in* quo *equi lignei ponebantur, supra quos iuniores inhermes primo* saltabant, *deinde armati cogebantur ascendere. Non solum a dextris sed etiam a sinistris et insilire et desilire discebant. Hac* exercitatione *assidua* tyrones *in tumultu prelii sine mora* in equo *ascendebant qui tam studiose exerce-*

1 eadem *G*: ea *NO*
2 {pre ceteris aliis incolis Romanorum} *G*
3 de *NO*: et *G*
4 {regis} *G*

bantur in pace (Veg., *Mil.* 1,18), secundum Vegetium .I. c. VI et c. XVIII.

3 Hic campus fuit *Tarquiniorum* (Liv. 2,5,2) «superborum nomine et sanguine descendentium ab Eutruscis, secundum Livium .II. Ab urbe condita c. III in principio (cf. Liv. 2,6,2), et eodem libro c. I § *de bonis regis* .s. Tarquinii Superbi (Liv. 2,5,1); *qui* campus *est*»[1] *inter Tiberim et urbem* situs (Liv. 2,5,2), a quibus illustris et clara progenies[2] Columpnensium dicte urbis traxit originem, sicut plene notoriat in[3] secunda parte Polistorie mee, ubi de ipsorum Columpnensium origine[4] habetur[5] mentio spetialis[a]. (VZ,4,47,19)

4 De secunda parte huiusmodi regionis, videlicet Sancti Laurentii in Lucina, est sciendum quod *lucina* idem est quod *lune* circulus[b], et propterea dicta regio habet pro signo lunam que coloris est albi sitam in campo coloris celestis[c], quia signum lune propter rerum similitudinem convenit merito deo Marti, non solum stulto sed variabili ad instar lune mutabilis semper[d], *cuius* eventus[6] *sunt* varii et *incerti*[e], secundum Livium .VII. De bello Macedonico c. *De federe inter Romanos et Anthiocum,* ibi: *varia fortuna pugne*[7] (Liv. 38,40,14), *quia nunc hunc nunc illum gladius* ferri *consumit* – Regum .II. c. XI (Vulg., II *Sm.* 11,25). Concordat Livius .VII. Ab urbe condita c. XIII § *nam cum ingentem* (Liv. 7,23,2).

5 Circa cuius Martis varietatem et inconstantiam *prona ad credendum queque relata tenet oppinio quod forme gemine*

1 *add. N*
2 progenies *G*: tribus *NO*
3 in *om. NO*
4 {sicut plene ... origine} *G*
clara [ibi *O*] *post* origine *add. NO*
5 origine habetur *perperam distinxerunt Valentini-Zucchetti*
6 eventus *codd.*: exitus *Serv.*
7 fortuna pugne *correxi ex Liv.*: fortune pugna *codd.*

bellicantium[1] *in aere rubigero apparuerunt humanis* aspectibus *ut nebula supra terram, iunctis*[2] *brachiis invicem colluctantes, et dum ab aurore rutilo usque quo sol tenuit in medio asse iter, durante duello manuali pugna* certabant, *nunc*[3] *illa desubter ignominiose depellitur,*[4] *nunc eadem* celeritate divina compulit *alteram* et *prementibus pedibus victoriosa eminet et leta trihumphat. Modo illa* que apparebat *resuppino corpore ruere* confestim *facie accensa caput resultans gaudet secundam conterere*[5] *frequentium* colluctatione *pugnarum. Neutra diu subest alteri conculcata et altera alteri prelata vicissim; in eminentiori stant modicum* et subito *evanescunt.* Ergo *alternatim metus et gloria victricis et victe* et *alternus ascensus et casus habent subsistentiam momentalem et adeo videntur victorie vices eque, quod videntes colluctationes* utriusque *inpulsus et repulsus alternos potuerunt pari numeratione metiri*[f].

6 Sed nephas est magnum hoc credere fictum et fabulosum portentum *contra naturam* conspectum, veluti monstra que *monstrare* ea que non sunt *ventura* creduntur, secundum Ysidorum .XI. c. *De portentis,* et dic ut ibi (Isid., *Orig.* 11,3,1–4).

5,1 5. De regione Pontis et Scorteclariorum

VZ,4,47,27 De quinta regione urbis que dicitur regio Pontis et Scorteclariorum – circa cuius evidentiam est sciendum quod huiusmodi regio denominatur a digniori nomine sui .i. a ponte stante supra Tiberim Romanum, per quem ha-

1 bellicantium *codd.*: mulierum *Malespina*

2 iunctis *O*: vinctis *GN*

3 nunc *Malespina*: *perperam intellexerunt librarii absurdum nescio quid describentes*

4 depellitur *NO (Malespina)*: debellatur *G*

5 conterere *correxi ex Malespina*: contere *codd.*

betur introitus et egressus ad castrum Adriani imperatoris, quod est contiguum dicto ponti et in capite ipsius.

Et propterea incole dicte regionis portant in ipsorum vixillo signum dicti castri cum ponte arcuato coloris albi cum undis aquarum decurrentium sub eodem, situati in campo rubeo[a]. 2

Sed hodie huiusmodi castrum est generose tribus Ursinorum qui dicuntur Ursini de Ponte, «de quibus vidi et legi quandam glosam in libro Joachim super verbo urse[b] longo curriculo[1] temporum scriptam, priusquam predicatorum et minorum et austinensium[2] ordines pullularent, sic dicentem: Ursinorum genus Rome famosissimum et potentissimum. Ratio est in promtu quia huiusmodi domus a tempore Urbani III pape de civitate Mediolani, videlicet annis mille centum et octuaginta quattuor currentibus, promovit quendam ad cardinalatum de dicta domo virum ydoneum ipsumque Sancti Eustachii fecit dyaconum cardinalem, qui sequentibus temporibus propter sui honestatem fuit postea factus pontifex summus et papa Romanus, qui vocatus fuit Celestinus III, 3

quamvis alii sentiant de Ursinis longiorem nobilitatem, dicentes quod quidam nomine Ursus propter sapientie maturitatem promeruit fieri medicus primi Nicolai pape Romani qui eundem Ursum fecit dyaconum cardinalem, ut habetur plenius in prohemio legende Beati Basilii. Hoc idem de huiusmodi Urso sentiunt ystoria Eutropii et legenda Beati Damasi pape Romani natione Yspani, et dic ut ibi plenius continetur[c];»[3] 4

et vocatur hodie castrum huiusmodi[4] castrum Sancti Angeli, ubi *angelus Dei* in vertice dicti castri ab olim apparuit beato Gregorio pape Romano, *extergens* et *in vagina remittens gladium cruentatum* (Jacob. Vor. 46,4) tem- 5

1 curriculo *O*: circulo *N*
2 et austinensium *om. O*
3 *add. NO*
4 et vocatur ... huiusmodi *G*: quod castrum vocatur hodie *NO*

pore rogationum propter pestem ossitationis et sternutationis, quibus tunc temporis raptim moriebantur Romani propter ipsorum peccata que narrantur plenius in legenda eiusdem pontificis satis a Romanis[1] in tabulis mentis notanda.

6 Secunda pars regionis eiusdem que dicitur Scorteclariorum denominatur a vitio seu turpitudine quarundam mulierum scortarum .i. meretricum, filiarum vel uxorum clarorum virorum degentium in huiusmodi regione, que erant clara familia oriunde et *stupri* ac veneficii crimine iuste *dampnate* et *mulctate pecunia; ex* quo[2] *ere* constructa fuit quedam *edes que Veneris* dicebatur, iuxta[3] *Circum* priscum[4] *facta,* secundum Livium .X. Ab urbe condita c. XVI (Liv. 10,31,9);

7 et eadem decada libro VIII, titulo *De matronis veneficis* c. XII § *fedus insequens annus* (Liv. 8,18,1), in fine, ibi: *CLXX* (Liv. 8,18,10) *matrone venena coquere* (Liv. 8,18,6) *comprehense* et *dampnate; de venefitiis Rome quesitum est* VZ,4,48,21 diligenter (Liv. 8,18,10–11); cuius edis carreria dicitur hodie a Romanis vallis gaudentium et huiusmodi mulierum *obprobrii deformitas*[5] *severitate supplicii* confestim[6] *emendata est, quia quantum ruboris civitati* Romanorum *mulieres* predicte *turpiter se gerendo incusserant, tantum laudis graviter punite attulerunt,* secundum Valerium .VI. *De severitate* § *cum simili severitate* (Val. Max. 6,3,7).

8 Hinc Iuvenalis Satyra V: *intollerabilius nichil est quam*

1 a Romanis *G*: et singulis annis Romanorum *N*: ei singulis Romanis *O*
2 quo *codd.*: multaticio *Liv.*
3 iuxta *NO*: circa *G*
4 priscum *scripsi*: prisci *codd.*
5 post scientiam *post* deformitas *add. NO*
6 {confestim} *G*: *ante* severitate *praebent NO*

femina dives (Iuv. 6,460); propter quod Livius .III. De bello Macedonico c. *De oratione Catonis pro lege Oppia servanda,* ibi: *date frenos impotenti nature et indomito animali et* desperate[1] *ipsas modum licentie facturas* (Liv. 34,2,13). Et est ratio quia *initium omnis perturbationis a femina* sumpsit exordium (Liv. 1,46,7), secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XXV § *angebatur* (Liv. 1,46,6). Concordat Proverbiorum Senece, ibi: *omnis contumelia nocet, sed maxime quam virus evomit femineum*[d].

Unde antiquitus *maiores* Romani *si quam unius peccati mulierem dampnabant,* supplicio[2] *multorum maleficiorum* commotam[3] *putabant. Quo pacto? Quam inpudicam iudicarent, eam* veneficam *extimabant dampnatam,* secundum Tullium .III. Recthorice nove c. *Quid sit ratiocinatio* (*Rhet. Her.* 4,23). 9

Quantum hoc verum sit, infelix et proditoria[4] mors illustris et innocentis principis regis Andree, inmolati agni, detestabilis nequitia mulieris – heu pro dolor! – protestatur. Et est ratio quia femina que *alieni viri* variis frequenter *assuefacta sermonibus* (Liv. 1,46,7) suum corpus adducit amori turpissimo, necessarie habet pertimescere multos ad quos spectat sui dedecoris infamiam continere[5], secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XXV § *angebatur ferox Tullia* (Liv. 1,46,6). 10 VZ,4,48,22

6. De regione Parionis et Sanctorum Laurentii et Damassi **6,1** VZ,4,49,1

De regione Parionis et Sanctorum Laurentii et Da-

1 desperate *codd.*: sperate *Liv.*
2 supplicio *codd.*: simplici iudicio *Rhet. Her.*
3 commotam *codd.*: convictam *Rhet. Her.*
4 proditoria *NO*: predictoria *G*
5 continere *scripsi*: pertinere *codd.*

massi, que est sexta regio urbis, dicendum est in presenti quod huiusmodi regio dicitur Parione a parte et leone, quia regio huiusmodi habet pro signo grifonem, leonis partem, coloris rubri,[1] cuius extrema pars corporis in groppa, cauda et pedibus posterioribus instar leonis habet, licet caput, pectus et pedes anteriores ac alarum latera similitudinem habeant alitum .i. magnarum avium; qui de orientalibus partibus dicitur venisse divinitus[2] in quodam territorio finitimo urbi, quod Romano dyomate dicitur Grifi, castrum Columpne prope.

2 Unde incole huiusmodi regionis dictum territorium accedentes eandem alitem duxerunt ad urbem in regione predicta. Et ista est ratio quare homines huiusmodi regionis in ipsorum vexillo portant pro signo grifonem rubeum,[3] situm in campo albo[4a].

3 Secunda pars regionis eiusdem denominatur a nomine ecclesie sanctorum huiusmodi, quam beatus Damassus natione Yspanus et papa Romanus construxit in reverentiam dicti levite et sui nominis vocabulo titulavit.

7,1 7. De Arenula et[5] Caccavari[6]

De Arenula et Caccavari,[7] septima regione urbis – circa quam sciendum est quod huiusmodi regio ideo nuncupatur Arenula a parva arena .i. parvo solo arenoso, propter vicinitatem quam habet cum Tiberi Romano.

2 Caccavari profertur hodie a Romanis corrupto dyo-

1 rubri *N*: albi *G*: *om. O*
2 divinitus *G*: casualiter *NO*
3 rubeum *N*: album *G*
rubeum situm *om. O*
4 albo *NO*: rubeo *G*
5 {et} *G*
6 Caccavari *G*: Cacervari *NO*
7 Caccavari *G*: Cacervari *NO*

mate, quia Caccavari regio proprie de ea loquendo debet dici Cacervari, et non Caccavari, a capite cervi aureo ibi reperto, delato, ut puto, ibidem alluvione Tiberis de partibus remotis ex ruinis alicuius civitatis; et propterea incole regionis eiusdem in ipsorum vexillo ab huiusmodi felici augurio deferunt signum capitis cervi deaurati[a].

8. De Sancto Eustachio et Pingiata Demarii **8,1**

De Sancto Eustachio et Pingiata Demarii, regione octava urbis – circa quod sciendum est quod huiusmodi regio ideo dicitur Sancti Eustachii a denominatione dicti sancti viri, tunc gentilis principis Romani nondum Christiani, habentis primatum in huiusmodi regione, qui prius Placitus dicebatur causa que sequitur infra scripta. Nam cum die quadam extra urbem pergeret ipse venatum, obviam habuit quendam *cervum* ingentem, quem ut vidit, summa cum diligentia sequebatur et eum avide *insequendo* conabatur occidere; qui faciem Eustachio vertentem[1] inspexit *Christum, inter cornua eius* ingentia permanentem et *dicentem* sibi: *Cur me, Placide, persequeris?*[a] Confestim attonitus terruit vehementer.

2 Unde a tam felici augurio ortum est ut incole regionis eiusdem de cetero in ipsorum vexillo deferant signum cervi in campo rubeo situm, ob reverentiam eiusdem sancti augurii[b].

3 Pingiata Demarii dicitur a Demario figulo qui in regione eadem faciebat pingiatas .i. ollas et alia vasa terrea ad usum gentium humanarum.

1 vertentem *scripsi*: vertens *codd.*

9,1 9. De Pinea et Sancto Marco

De Pinea et Sancto Marco, nona regione urbis – circa quam pineam est sciendum quod ipsa esse debet eiusdem coloris sicut pinea,[1] pomum arboris pinus; que pinea erea stetit antiquitus in pinnaculo templi Pantheon quasi contigui huiusmodi regioni, que repentino ictu fulminis inde cecidit in regione predicta iusta locum, ubi nunc est ecclesia Sancti Stephani de Pinea, penes quam stat[2] simulacrum Caci pastoris Evandri, quem pueri et infantes ab yma aetate[3] et infra plurimum perhorrescunt, non solum cum vident sed etiam cum nominatur eisdem.

2 Est etiam ibidem spelunca ipsius, ubi inclusit boves Herculis quos vexerat de Yspania; ipsaque pinea fuit postea per Symachum papam Romanum translata in cantaro basilice principis apostolorum urbis eiusdem, sicut evidenter patet ad oculum[a].

3 A cuius pinee casu regio huiusmodi fuit de cetero regio Pinee nuncupata que prius dicebatur regio Caci secundum cronicas Romanas antiquas, et[4] ab incolis eiusdem loci in vexillo coloris rubei in modum signi fuit portata de cetero[b].

4 Secunda pars regionis eiusdem denominatur a nomine dicti sancti, postquam Romani fuerunt ad fidem Christi conversi et Roma per parrochias divisa per Damasum papam natione Yspanum [XXXIV]; que ab olim fuerat prius per vicos et regiones divisa per Octavianum, secundum Romanorum monarcham; vel potest dici quod regio

1 sicut pinea *NO*: ut pinee [*i. r.*] *G*

2 stat *G*: fuit *NO*

3 ab yma aetate *coniecerunt Valentini-Zucchetti*: ab ymatu *codd.*

4 ideo *post* et *add.* *N*

huiusmodi denominabatur hactenus a magistratibus et curia rerum civilium, insignium magistratuum urbis, *dicta curia eo quod ibi cura per senatum de cunctis administrabatur,* secundum Ysidorum .XIII. *De hedificiis publicis*[1] (Isid., *Orig.* 15,2,28),

unde regio Marchi .i. magistratuum rerum civilium[2] 5 cura «et *de cuntis* que *amministrabantur ibidem per* huiusmodi magistratus, secundum Ysidorum .XIII. c. *De edificiis publicis* (Isid., *Orig.* 15,2,28)»,[3] sicut aperte notoriat de Marco *Cursio adolescente, genere nobilissimo,* incola regionis eiusdem, qui cupiens patriam ab infra scripta peste liberare, indutus armis *militaribus,* virtute animi et amore patrie motus,[4] confestim *equum conscendens* ovanter, *admotis vehementer* equo *calcaribus, in profundum* voraginis specum se dedit *precipitem,* ut a *vasto*[5] et *repentino* aperte *terre hyatu* manente *in media parte fori* patriam[6] liberaret et cives, quo facto in ictu oculi statum *terra*[7] *pristinum recuperavit. Nullum tamen hodie pietate* eiusdem *Cursii erga patriam clarius* patet *exemplum* (Val. Max. 5,6,2), secundum Livium .VII. Ab urbe condita c. III § *eodem anno* (Liv. 7,6,1); et Valerium .V. c. VI § *cum in media parte fori* (Val. Max. 5,6,2), et cetera.

10. De Campitello et Sancto Adriano **10**,1

De Campitello et Sancto Adriano, decima regione urbis – que ideo dicitur Campitello quia ipsa pre ceteris re- VZ,4,51,13

1 {dicta … publicis} *G*: *om. NO*
2 curia sive *post* civilium *add. NO*
3 *add. NO*
4 motus *om. G*
5 vasto *correxi ex Val. Max.*: vastu *codd.*
6 manente in media parte fori patriam *om. G*
7 hyatu … terra *om. O*

gionibus urbis habet minus de campo .i. territorio; vel aliter dicitur Campitello a parvo capite illius animalis, signi regionis predicte.

2 Nonnulli dicunt quod regio huiusmodi Campitelli denominatur a cane et capra, a quibus signum regionis eiusdem similitudinem sortitur et nomen illius animalis quod dicitur capricornus, quasi cani et capre similis. Et est animal ferum[1] habens fauces, dentes et aures caninas et oculos[2] capre similes ac pilos azurrinos et est animal validum[3] vel forte, quia in huiusmodi regione ab incolis regionis eiusdem celebratur[4] quoddam celeste signum caprecornu[5] vocatum.[6]

3 Et propterea[7] gentes regionis eiusdem[8] deferunt in vexillo ipsorum albo caput dicti animalis capricorni vulgariter nominati[a].

4 Secunda pars regionis eiusdem dicitur regio Sancti Adriani a nomine dicti sancti, sed verius dicta est ab atriis et habitationibus ingentibus ipsius[9] ecclesie que fuit antea templum Asili .i. refugium a Romulo conditum, secundum Livium .I. A b u r b e c o n d i t a c. VII, in principio (cf. Liv. 1,8,5); iuxta quod est hodie simulacrum

VZ,4,51,30 «Martis, ubi est hodie ecclesia Sancte Martine, et symula-

1 Nonnulli ... ferum [*i. r.*] *G*
leonem invadens *post* ferum *add. NO*
2 ac mentum pilosum admodum *post* oculos *add. NO*
3 et est animal validum *om. GO*
4 celebratur *G*: colebatur *NO*
5 caprecornu *G*: capricornu *NO*
6 {vel forte ... caprecornu vocatum} *G*
7 propterea *G*: ideo *NO*
8 feroces *post* eiusdem *add. NO*
9 ipsius *GO*: dicte *N*

crum»[1] filii Martis bellicosi,[2] quod Romano dyomate dicitur Marfoli .i. Martis filius.

Et nichilominus fuerunt ibidem templa Martis, ubi est hodie ecclesia Sancte Martine,[3] et Iovis .i. *Capitolium, deorum* omnium *sedes caput*que *publici consilii* (Liv. 5,39,12), secundum Livium .V. Ab urbe condita c. XVIII § *postremo* (Liv. 5,39,8), et quam plurima alia deorum ingentia templa, videlicet Statoris, Veste, Pacis et Concordie, forum imperatoris Traiani, columpna marmorea sub qua est quedam urna aurea, ubi sepulta sunt ossa eius, secundum cronicas Romanas,[4] ac templum «Cathelline, ubi est hodie ecclesia Sancte Marie de Inferno, et templum»[5] Mirandorum, ubi est hodie ecclesia Sancti Laurentii in Miranda, in qua egregia superiorum opera carmine comprehensa cantabant poete huiusmodi Mirandorum – Cato: *nam miranda canunt sed non credenda poete* (Ps.-Cato, *Dist.* 3,18,2)[b].

5 VZ,4,52,2

11. De Sancto Angelo **11**,1

De Sancto Angelo, undecima regione urbis, ubi olim fuit templum Severianum, a Severo[6] tunc urbis senatore conditum – a severitate Severum nuncupatum –, nam *severus satis verus* qui *tenet sine pietate iustitiam*[a] – et in eadem regione adhuc manet hodie quedam progenies que dicitur Severinorum, quam, ut puto, a dicto Boetio originem traxit et nomen[b].

VZ,4,52,11

1 *add. NO*
2 Martis bellicosi *G*: ipsius Martis *NO*
3 {et Martis, ubi est hodie ecclesia Sancte Martine} *G*: *om. NO* et *transposui*
4 {forum ... Romanas} *G*
5 *add. NO*
6 .i. Boetio *post* Severo *add. NO*

2 Sed postea in honorem et reverentiam Michaelis archangeli fuit ibidem consecrata ecclesia que dicitur Sanctus Angelus, in cuius ecclesie adrio est hodie forum piscium, et ideo incole regionis eiusdem pro signo ipsorum deferunt in vexillo piscem album in campo rubeo, a foro piscium a Romanis hodie vulgariter nuncupatum[c].

12,1 12. De Ripa et Marmorata[1]

De Ripa et Marmorata,[2] duodecima regione urbis, dicendum est quod regio Ripe denominatur a ripa Tyberis ipsi regioni contigui.

2 Secunda pars alia huiusmodi regionis dicitur Marmorata[3] a molendinis ratium[4] .i. navium in quibus stant huiusmodi molendina; et in eisdem blada teruntur et alie species frumentorum, et propterea incole dicte regionis in ipsorum vexillis deferunt signum rotarum albarum, quarum impetu et volubilitate vertices molendinorum huiusmodi vertunt lapides molarum earundem ratium aquarum cursibus ac crebris inpulsibus fluvii supra dicti[a].

13,1 13. De regione Transtiberim

De Transtiberim, tertia decima et ultima regione urbis, est sciendum quod ordo regionum huiusmodi ordine retrogrado conputatur. Et est ratio quia Roma habet formam leonis, ut inferius proprio capitulo clarius[5] ostendetur.

2 Sed incole huiusmodi regionis deferunt in ipsorum ve-

1 Marmorata *G*: Molerata *NO, fortasse recte*
2 Marmorata *G*: Molerata *NO, fortasse recte*
3 Marmorata *G*: Molerata *NO, fortasse recte*
4 ratium *scripsi*: ratum *codd.*
5 clarius *om. NO*

xillo campi rubei caput leonis coloris aurei ad docendum et insinuandum quod a capite est derivanda virtus in menbris corporis animati[a]; ita huiusmodi regio, inspecta urbis forma sub qua est figuratum caput leonis, deberet prima[1] in ordine conputari et ceteris regionibus anteponi predictis.

Patet etiam clarius quia *Ianus Iaphet filius*[b] ibidem primo manseolum et civitatem que dicebatur Ravenna construxit «.i. ripa vel portus venientium navium ad urbem per mare ad Tiberim Romanum, sed ab olim Albula Tyber huiusmodi dicebatur, secundum Eutropium (cf. Paul. Diac., *Hist. Rom.* 1,PR.),»[2] ut patet supra de conditoribus urbis eiusdem[c]. 3

Transtiberim dicitur quasi transitus Tyberis per pontem, ideo dictum quia pedes omnium transeuntium per eum tenet et sustinet. Et hec de nominibus regionum urbis pauca in presenti dixisse sufficiat. 4 VZ,4,53,14

LIBER NONUS

Explicit liber octavus. Incipit prologus libri noni. **PR,1**

Declaratis lucide et aperte nominibus et signis regionum urbis Rome, restat describere in presenti in quot et quales populos Roma per Romulum primum Romanorum regem fuerit[3] divisa. Et si diligenter scrutetur, responsio satis claret. VZ,4,53,18

1 prima *G*: primo *NO*
2 *add. NO*
3 populata atque *post* fuerit *add. NO*

1,1 1. De nominibus duodecim populorum ex quibus Roma
VZ,4,53,19 fuit primo[1] a Romulo per regiones divisa

Nam postquam Romulus, condita urbe, fuit solus Romanum imperium assecutus, post mortem fratris sui Remi Romam sui conditoris vocabulo voluit et censuit nominari, secundum Livium .I. Ab urbe condita § *ita potitus imperio* (Liv. 1,7,3).

2 Duodecim finitimos populos[2] armis et voluntate subactos sub ambitu murorum[3] reclusit; verum ne tanta populorum diversorum multitudo, dispar moribus, mixta ad invicem indiscrete modo quolibet discreparet et inter se iurgiarent assidue [XXXV], divisit populos infra scriptos[4] per certa et discreta loca urbis que per quandam excellentiam regiones appellavit, et in qualibet earum cuique populo proprium constituit magistratum quem iustitiarium appellavit, ac unicuique magistratui tribuit *apparitorem* .i. lictorem crudelitatis ministrum *qui* coram magistratu proprie regionis *reos faceret apparere* iustitie parituros[a], quos apparitores .i. lictores carnifices nuncupavit, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. VI prope finem, ibi: *sumptis duodecim lictoribus,* quos fecit *a numero avium que augurio* sibi *regnum portenderant; eum secutum numerum putat*;

3 unde Livius clamans inquid ibi: *me* autem[5] *penitet eorum sententie esse* – supple: qui portendunt Romulo regnum[6] augurio. *Et hoc genus apparitorum ab Etruscis finitimis sump-*

1 primo *N*: primum *GO*
2 infra scriptos *post* populos *add. NO*
3 urbis (urbs *N*) *post* murorum *add. NO*
4 populos infra scriptos *G*: huiusmodi populos *NO*
5 autem *codd.*: haud *Liv.*
6 avium *post* regnum *add. NO*

tum est, et ita habuisse Etruscos quod ex duodecim populis sub murorum Romanorum ambitu conclusis, *creato rege, singulos*[1] *lictores singuli populi* ipsorum magistratibus *dederunt* (Liv. 1,8,3)

– animadvertendi potestatem in homines facinorosos, 4 sicut ad plenum notoriat de Marco Mallio Torquato qui per lictorem fecit filium capite mutilari, secundum Livium .VIII. Ab urbe condita c. V prope finem, ibi: Vade, *lictor, deliga ad palum. Exanimati omnes* a *tam atroci imperio nec aliter quam in se quisque districtam cernentes securem metu magis quam modestia quievere* (Liv. 8,7,19–20).

Quorum populorum primi fuerunt Etrurii, secundi Sa- 5 binenses, tertii Tusculani, quarti Polenses, quinti Celentes, sexti Fidenates, septimi Vegentes, octavi Ianiculenses, noni Camerii, decimi Crustumi, undecimi Falisti et duodecimi Lucani[b]. Deinceps *ex finitimis populis turba omnis, sine discrimine* pene *liber an servus esset, novarum rerum avida profugit, idque primum ad ceptam*[2] populorum [turbam][3] aliorum[4] multitudinem *roboris*[5] urbis *fuit* (Liv. 1,8,6).

Subsequenter *secutus morem* infra scriptorum *regum, qui* 6 *rem Romanam auxerant hostibus in civitatem accipiendis, multitudinem omnem Romam transduxit. Et cum circa Palanteum, sedem veterum Romanorum,*[6] *Sabini Capitolium atque archem* priscique populi Latinorum, rursus multitudo omnis[7] eorundem exterarumque gentium ceteras partes urbis

1 singulos *correxi ex Liv.*: singuli *codd.*

2 ad ceptam *correxi ex Liv.*: acceptam *codd.*

3 turbam *delevi*

4 {turbam aliorum} *G*

5 multitudinem (magnitudinem *Liv.*) roboris *correxi ex Liv.*: multitudo robur *codd.*

6 veterum Romanorum *correxi ex Liv.*: veteres Romani *codd.*

7 multitudo omnis *scripsi*: multitudinem omnem *codd.*

incolis *replerent,*[1] *date* (Liv. 1,33,1–2) sunt undique sedes [XXXVI], et undecumque peregrina *ex virtute nobilitas sit, futurum* in ea *locum forti ac strenuo viro* esse; *regnasse* in ea *Tatium Sabinum, Numam* Popilium *et Ancum Sabina matre ortum nobilemque una ymagine arcessitos in regnum* (Liv. 1,34,6), secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XX et c. XI, ibi: *‹ubi›*[2] *omnis repentina atque ex virtute nobilitas sit, locum futurum forti* et *strenuo viro* (Liv. 1,34,6), et pluribus aliis capitulis eiusdem decade.

7 *Ergo dum* Roma *nullum fastidivit genus* hominum *in quo eniteret virtus, crevit* ipsa et *Romanum imperium* (Liv. 4,3,13), secundum Livium .IIII. Ab urbe condita c. II, titulo *De oratione Canulei tribuni plebis contra consules*;

8 unde Anneus Florus loquens de Romulo in principio ystorie Romane dicit quod Romulus *ex variis quasi elementis congregavit corpus unum* et *populum Romanum fecit* (Flor., *Epit.* 1,1,9), cui ipse prefuit tamquam princeps qui optinuit locum capitis.[3]

9 Verum mortuis Romulo et Numa Popilio regibus Romanorum, Albanenses ab Oratiis trigeminis Romanis bello campestri devicti. Ex communi federe communium fecialium sub imperio Tulli Hostilii regis tertii Romanorum cum bona pace convenerunt urbem inhabitare cum eorum familiis.[4]

1 replerent *correxi ex Livio*: replerentur *codd.*

2 ubi *supplevi ex Liv.*: *om. codd.*

3 2. De addictione montis Celii urbi facta per Albanenses *post* capitis *add. N*: 2. De causa quare Roma habet XIII regiones *post* capitis *add. O*

4 familiis *NO*: famulis *G*

2. De aditione montis Celii urbi facta per Tullium Hostilium tertium regem Romanorum[1] 2,1

Itaque ex *ruinis Albanis,* adaucto *numero civium* Romanorum, *mons Celius additur urbi* per Tullum Hostilium supra dictum. Et ut ab Albanis mons huiusmodi *frequentius habitaretur,* huiusmodi *Tullus* in eo *regiam sedem* sibi constituit *eligens principes Albanorum in patres* .i. senatores, *ut ea quoque* Celii montis *pars rei publice accresceret* (Liv. 1,30,1–2), sicut habetur per Livium .I. Ab urbe condita XV, XVI, XVIII et XX capitulis; quam Celii montis[2] partem ab Albanis populatam[3] tertiam decimam regionem urbis eiusdem iussit de cetero nominari.

Et ista est ratio[4] quare Roma est divisa in tresdecim regiones; set lex videtur innuere quod Roma habuerit quatuordecim regiones, ut notatur Digesto *De offitio prefecti vigilum* l. *Nam,* ibi: *septem* erant prefecti vigilum (*Dig.* 1,15,3,PR.) quorum quilibet *arcendis incendiis preesset* (Dig. 1,15,1) duabus *regionibus* (*Dig.* 1,15,3,PR.); ergo, et cetera. 2

Sed Suetonius De vita duodecim Cesarum libro II c. *De divisione urbis et templis ac viis refectis et Tyberi ampliato* dicit expresse quod Octabianus imperator *divisit urbem per regiones* et *vicos* (Suet., *Aug.* 30) et non dicit quotas. Livius tamen dicit .I. Ab urbe condita c. XIII § *accitus* – supple: Numa –, *sicut Romulus augurato urbe condenda*[5] *regnum adeptus est, de se quoque* prius *deos con-* 3

1 {2. De aditione montis Celii urbi facta per Tullium Hostilium III regem Romanorum} *G (O in textu)*: 3. De causa quare Roma habet XIII regiones *N*

2 et Albanorum *post* montis *add. G*

3 ab Albanis populatam *om. G*

4 ratio *G*: causa *NO*

5 augurato urbe condenda *correxi ex Liv.*: auguratus urbis condende *codd.*

suli iussit (Liv. 1,18,6). Nam Roma fuit dudum primo[1] divisa in quattuor partes, secundum Ysidorum .XIII. c. *De civitatibus.*[2a]

5 *Inde ab augure* .i. sacerdote .s. papa approbato, *cui honoris* gratia *publicum id perpetuumque sacerdotium* decretum *fuit, deductus in arcem* et *in lapidem* .i. sedem stercorariam, ut supra prefertur, *ad meridiem versus consedit. Augur ad levam eius capite velato sedem* aliam *cepit, dextra manu baculum* – supple: pastoralem – *sine nodo aduncum tenens quem lituum appellavit. Inde prospectu in urbem agrumque* rite *capto, precatus deos regiones ab oriente ad occasum determinavit; dextras ad meridiem partes, levas ad septentrionem esse dixit; contra quoad*[3] *signum longissime ‹conspectum›*[4] *oculi ferebant animo finivit. Tum lituo,* baculo, *in levam manum translato, dextra in caput Nume posita, precatus est ita* **[XXXVII]***: Iuppiter pater, si est fas hunc Numam Popilium cuius ego caput teneo regem Rome esse* permictere, *tu* eum *nobis signa* .i. approba[5] oraculo[6] certo et claro[7] *inter hos fines quos feci* (Liv. 1,18,6–9).

6 Ex quibus patet quod Roma fuit ab augure tempore Popilii in quattuor partes divisa, videlicet orientis, occidentis, meridiei et septentrionis; que sunt quattuor climata mundi in quibus Romanus magistratus ab olim merum et mixtum imperium noscitur tenuisse – Machabeorum .I. c. VIII (cf. Vulg., I*Mcc.* 8,16).

7 Et hec fuit prima urbis Rome in quattuor partes divi-

1 primo *G*: primum *NO*
2 {secundum Ysidorum .XIII. c. *De civitatibus*} *G*
3 quoad *correxi ex Liv.*: quod *codd.*
4 conspectum *supplevi ex Liv.*: *om. codd.*
5 {.i. approba} *G*
6 .i. responso *post* oraculo *add. NO*
7 in regem *post* claro *add. NO*

sio, secundum Livium .I. Ab urbe condita c. XXIIII § *equites* (Liv. 1,43,11), ibi: *quadrifariam enim urbe*[1] *divisa regionibus collibusque qui habitabantur, partes* (Liv. 1,43,13)[b].

3. De secunda et nova forma urbis Romane[2] **3,1**

Sed hodie *Roma*[3] *habet formam leonis* (Honor., *Imag.* 1,28), secundum Tholomeum in ystoria quadripartita (cf. Ptol., *Tetrab.* 2,3 [p. 134 et 158]),[4] et notatur libro De ymagine mundi c. *De Ytalia et eius provinciis,* in principio, qui ratione fortitudinis, firmitatis, sagacitatis, terroris et severitatis *nullius* hominis *pavet occursum* –[5] Proverbiorum c. XXX (Vulg., *Prv.* 30,30). VZ,4,53,21

Sic et Roma *sub* qua *orbis mansit imperium,* secundum Orosium .I. c. I (Oros., *Hist.* 1,1,14), cunctis[6] populis ad instar leonis[7] fuit omnium hominum regina, caput et domina omnium provinciarum, secundum Orosium .VI. in fine (cf. Oros., *Hist.* 6,22) et Valerium .VIII. c. XV § *superior Africanus* (Val. Max. 8,15,1).[8] 2

Leo enim *Grece Latine rex omnium* animalium *interpretatur,* secundum Ysidorum .XI. c. *De pecoribus et iumentis* (Isid., *Orig.* 12,2,3); cuius *firmitas* est *in capite,* fortitudo *in pectore,* in *oculis vigilie,* in dentibus et unguibus sevitia, in *cauda* prudentia et sagacitas. Et est ratio quia ea *cum am-* 3 VZ,4,53,26

1 urbe *correxi ex Liv.*: urbem *codd.*
2 et quare dicitur civitas Leonina *post* Romane *add. N*
3 sicut gestorum describit antiquitas *post* Roma *add. N*: ystoria *post* Roma *add. O*
4 ystoria quadripartita *N*: quarta partita *O*: quatuor partita *G*
5 Ysaie c. XXXI (cf. Vulg., *Is.* 31,4) et *post* occursum *add. NO*
6 {sub … cunctis} *G*
7 ab olim *post* leonis *add. NO*
8 {et Valerium … Africanus} *G*

bulat cohoperit vestigia pedum suorum, *ne* a *venatoribus* circumspectus *inveniatur.* In corde, genitalibus aliisque menbris animositas, clementia et patientia designatur; natura *misericors,* quia *prostratis parcit* et *obvios* reparare *permittit* nec *hominem nisi in magna* constitutus necessitate interimit; unde *Lucretius* (5,1036)*:* sanctissimi[1] *leones* (Isid., *Orig.* 12,2,4–6).

4 Hec et enim omnia que dicta sunt de leone Romanis conveniunt universis; de quorum virtutibus et omnibus supra dictis qui ad plenum predicta et ystoricos libros perlegerit ac cronicas poetarum et[2] ut Iohannes orator huiusmodi opusculi ad plenum scrutaverit, persentiet non solum priscis Romanis ab olim conpetisse sed etiam hodie eisdem concivibus convenire modernis[a], si *modo perpetuus huiusmodi quo vivimus pacis amor et civilis cura concordie* haberentur hodie inter eos, secundum Livium .VIIII. Ab urbe condita c. X in fine capituli (Liv. 9,19,17).

5 Leo enim secundum Tholomeum habet tres etates[b]: in prima est ferox, in secunda est temperatus, in tertia eius[3] etate decrepita est debilissimus. Simili modo Roma in prima eius etate fuit ferox temporibus regum et consulum, in secunda fuit temperata temporibus Cesaris[4] et Octabiani cesarum Romanorum[5] et [6] aliorum, modo in tertia eius etate decrepita, perditis eius imperio et papatu, facta est inpotens et viribus extincta, iuxta illud quod de ea

1 sanctissimi *codd.*: scymnique *Isid. (ex Lucr.)*
2 et *post* opusculi *transposuerunt NO*
3 eius *om. NO*
4 Cesaris *G*: Iulii Gaii *NO*
5 {Romanorum} *G*
6 multorum *post* et *add. NO*

scriptum est:[1] *dilata calvitium tuum sicut aquila* (Vulg., *Mi.* 1,16), Roma

– Gregorius:[2] *Calvitium quippe hominis in solo capite fieri solet, calvitium vero aquile* est que *cum valde senuerit, plume* enim *ac penne ex omnibus menbris illius cadunt. Calvitium* vero *suum* Roma *sicut aquila dilatat, quia plumas perdidit* dum *populos admisit. Alarum quoque penne ceciderunt* ipsius, *quibus volare ad predas consueverat, quia omnes potentes eius extinti sunt, per quos aliena rapiebat* (Greg. M., *Hom. in Hiez.* p. 312–313), 6

iuxta versus cuiusdam sapientis: *Roma vetus, veteres dum te rexere quirites, nec bonus inmunis nec malus ullus erat. Defunctis patribus successit prava iuventus, quorum consilio precipitata ruis*[c] .i. dirupta permanens. Sed qualis olim Roma fuit, hodie ipsa ruina docet[d]. 7

LIBER DECIMUS

Explicit liber nonus. Incipit prologus libri decimi.[3] **PR,1**

Quoniam omnes omnia sciunt, idcirco utile est ei[4] qui aliqua desiderat dicere non ab uno dumtaxat sed diligenter a multis [debet][5] auctoritates et documenta percipere, quia oratores varia dicentes sua tantum minime protulerunt nec unius aut duorum sed a pluribus et diversis ystoricis et poetis dicta sumpserunt, et ideo de situ et loco ac VZ,4,54,6

1 Michee c. I *post* est *add. N*

2 ait *post* Gregorius *add. N*

3 et ultimi de dignitatibus Rome et Ytalie. Et erit finis operis *post* decimi *add. N*

4 ei *G*: oratori *NO*

5 debet *delevi*

ubertate civitatis Romane que instar et formam leonis nunc habet locuturus ad presens non ab uno aut duobus oratoribus tantum, a quibus pauca vix sumere potuissem, sed a diversis ystoricis et poetis intentionis est mee in hoc opusculo rudi documenta percipere veritatis.

1,1 1. De situ et ubertate loci in quo sita est Roma

VZ,4,54,7 Roma quidem secundum ystoricos, cronicas[1] et poetas fuit per Romulum primum Romanorum regem[2] in medio centro Ytalie terrestris paradisi socie posita, in loco qui dicitur Equilibrium, secundum Solinum .I. *De mirabilibus mundi,* quasi in principio (cf. Sol. 1,17), et Valerium .I. c. *De miraculis* § *nec me preterit* (Val. Max. 1,8,7), in fine, ibi: *e qua primordia civitas nostra traxit* (Val. Max. 1,8,8).

2 Concordat Sydonius[a] .III. De naturis rerum c. *Sacellum Herculis* (Sol. 1,10), quod *incipit a silva ‹que est in›*[3] *area Apollinis et terminatur ad supercilium scalarum Caci* pastoris Evandri septimi conditoris urbis, ibi: *tigurium fuit Fastuli, ubi Romulus mansitavit* et *auspicio*[4] *iecit fundamenta murorum* (Sol. 1,18);

3 ibique mandato Amulii avunculi sui fuit cum Remo fratre nudus expositus et per veram lupam que perdiderat catulos per dies aliquot enutritus, secundum Trogum libro XXII (cf. Iust. 43,2,4–6), anno postquam natus fuit *.X. Kalendas Maiarum*; et Eutropium c. III (Paul. Diac., *Hist. Rom.* 1,1);

4 ac Livium .I. Ab urbe condita c. VI in principio (cf.

1 ystoricos cronicas *NO*: ystorias canonicas *G*

2 per Romulum primum Romanorum regem *G*: a suis conditoribus sicut et nunc est *NO*

3 que est in *supplevi ex Sol.*: *om. codd.*

4 auspicio *codd.*: auspicato *Sol.*

Liv. 1,4–5), et eadem decada libro X c. XIII § *eodem anno* (Liv. 10,23,11), ibi: *ad ficum ruminalem simulacra infantium conditorum urbis ‹sub›*[1] *uberibus lupe posuerunt*[2] *semitamque saxo quadrato a Capena porta,* que nuncupatur hodie a Romanis porta Sancti Pauli, *ad* symulacrum *Martis* patris infantium eorundem *straverunt* (Liv. 10,23,12);

5 dictum Equilibrium ab equitate et libra que est statera, quia ibi iustitia et equitas ponderabantur sicut in statera aurum, sicut legitur in legenda beati Georgii martiris, ibi: *O prudentia principum Romanorum et tenentium equitatis censuram, quam magna fuit in orbe sapientia tua,* et cetera.[3][b]

6 Et ideo *non* indigne *dii et homines hunc condende urbis locum* saluberimum *elegerunt*[c], ubi presertim Christus Dei filius et homo verus principatum sacerdotii et ecclesie sue sancte statuit fundamentum – XCVI di. *Constantinus* (*Decr.* 1,96,13–14); ubi sunt *saluberimi colles, flumen oportunum, quo ex mediterraneis locis fruges devehantur, quo maritimi commeatus accipiantur, mare vicinum ad commoditates nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium externarum regionum*[d].

7 Concordat Tholomeus libro Centiloquii dicens quod Roma est posita in optimo solo mundi[e], que[4] *tanta cura ab omnibus dicta* est, *ut iam inveniri non sit quod non veterum auctorum presumpserit diligentia* et largiatur[5] *in laudem ex-*

1 sub *supplevi ex Liv.*: *om. codd.*

2 concordat Tullius .III. Invectivarum contra Cathellinam § *profecto* (Cic., *Catil.* 3,19) *post* posuerunt *add. NO*

3 unde Proverbiorum c. XV: *In habundanti iustitia virtus est maxima* (Vulg., *Prv.* 15,5) *post* cetera *add. N*

4 que *scripsi*: cuius *codd.*

5 et largiatur *codd.*: largiter *Sol.*

cellentis fertilisque soli .i. *terre materia suppetente,*[1] *dum*[2] *scriptores prestantissimi reputant locorum salubritatem, celi temperiem, ubertatem* loci, *aprica collium, opaca nemora, innoxios saltus*[f] et quam plurima alia que latius narrantur a multis; de quibus sepius dictum est competenter.

2,1 VZ,4,54,8 2. De dotibus Ytalie et natura civium Romanorum et Ytalicorum et virtutibus eorundem

Inde deinceps ad Ytaliam terrestris paradisi sotiam, «provinciarum omnium dominam – § *sine*[3] *censu* et *reliquis* l. ultima (*Cod. Iust.* 4,47)[a],»[4] climatum mundi florem et multarum exterarum gentium expertam sevitiam, secundum Livium .V. Ab urbe condita c. XVII et XVIII (cf. Liv. 5,51–54), dirigendus est sermo, quem ovanter aggredior solertia diligenti.

3,1 VZ,4,54,9 3. De eisdem Roma et Ytalia

Et est sciendum quod Ytalici sunt super regali dignitate[5] prefulgidi, *Galli* stulti et *Romano nomini infestissimi* (Sall., *Catil.* 52,24), secundum Salustium «c. *De oratione Marci Portii Catonis,* que incipit: *Longe mihi* (Sall., *Catil.* 52,2) § *coniuravere nobilissimi cives patriam incendere* (Sall., *Catil.* 52,24),»[6] *cum quibus nec* in pace *nec* in *bello pax satis* est *fida* (Liv. 5,17,8), secundum Livium .X. Ab urbe condita c. VII in fine. *Afri versipelles, Greci leves*[a] .i. contemp-

1 suppetente *correxi ex Sol.*: et suppetentis *post* excellentis *praebent codd.*

2 dum *correxi ex Sol.*: quam *codd.*

3 sine *correxi ex Cod.*: si pro *codd.*

4 *add. NO*

5 dignitate *G*: nobilitate *NO*

6 *add. NO*

tibiles et Yspani elata animositate iactantie preposteri, ut notatur XCVIIII di. *Afros* (*Decr.* 1,98,3).

Rursus Ytalici sunt fortes in mari, usu et exercitio armorum[1] periti, sagittandi et navigandi[2] pre aliis populis magis apti, graves et maturi, prudentes et compositi, in cibo moderati, in potu sobrii, in verbis ornati et prolixi, in consiliis circumspecti, in re publica procuranda diligentes et studiosi, sibi[3] in posterum providentes, aliis subici renuentes et ante omnia libertatem quam eis natura concessit sibi defendentes, 2

«secundum Tullium .X. Invectivarum contra Antonium Cesarem § *at nos* Romani *conantes servitutis vincula rumpere* (Cic., *Phil.* 10,18); ipsamque *libertatem nemo bonus nisi cum anima simul ammictit* (Sall., *Catil.* 33,4), secundum Salustium libro I c. *Deos* (Sall., *Catil.* 33,1), et Ecclesiastici c. XXX, ibi: *melior est mors quam vita amara*[4] (Vulg., *Sir.* 30,17). Et rursus *nichil est homini Romano fedius servitute,* secundum Tullium .XIII. Invectivarum contra Antonium (Cic., *Phil.* 12,15),»[5] 3

sub uno quem eligunt sibi ducem[6] civitatis[7] sue iura et statuta dictantes et firmiter observantes, universo orbi necessarii, non solum in terrestri prelio sed in navali exercitio, ut prefertur, et in mercimoniis et victualibus undique deportandis. Italie regio habundat[8] locis et portibus marinis, fluminibus, stagnis, lacubus, aquis, fontibus, balneis virtuosis, navibus, cocchis, galeis et aliis innumeris navi- 4

1 bellico sudore *post* armorum *add. N*
2 peritia *post* navigandi *add. NO*
3 et rei publice *post* sibi *add. NO*
4 ipsamque ... amara *om. O*
5 *add. NO*
6 ducem *NO*: duce *G*
7 civitatis *G*: comitatis *NO*
8 insulis *post* habundat *add. NO*

giis, ferro, plumbo, ere, auro[1] et argento, armis, balistis et omni genere armorum, silvis, paludibus, venationibus animalium et avium omnium generum, piscibus et omni apparatu tam terrestri quam navali, equis, bobus et ceteris animalibus silvestribus, caseo, lacte, vino[2] et oleo habundans.

5 *Taceant* ergo *quibus* Roma et *Ytalia sunt noverche* tot virtutibus et dotibus[3] plene; *‹non efficietis›*[4] *ut solutos* cuiuscumque climatis[5] *verear,*[6] *quos alligatos ante trihumphales currus*[7] *contumeliose* sepissime in ipsorum urbes *duxerunt*[8b];

6 sed quia virtus sibi parit invidiam «secundum Livium .VIII. Ab urbe condita c. XXII § *Fabius* (Liv. 8,31,1), ibi: *venire amentem invidia, iratum*[9] *virtuti aliene felicitatique; furere quod se absente res publica egregie gesta esset* (Liv. 8,31,2),»[10] non est igitur mirum si Roma et Ytalia paradisi terrestris socie ab aliis nationibus brutali more viventibus noverchantur[c].

4,1 VZ,4,54,10 4. De causis quibus fuit Romanorum imperium institutum

Nam ad extollenda iustorum preconia et reprimendas insolentias transgressorum *prospiciens de celo iustitia* erexit in populis regnantium solia et diversorum principum po-

1 auro *om. GO*
2 frumento aliisque fructibus *post* vino *add. N*
3 dotibus *G*: libertatibus *NO*
4 non efficietis *supplevi ex Val. Max.*: *om. codd.*
5 homines *post* climatis *add. NO*
6 verear *correxi ex Val. Max.*: vereant *GN*: venerant *O*
7 eorum *post* currus *add. NO*
8 duxerunt *codd.*: adduxi *Val. Max.*
9 invidia iratum *correxi ex Liv.*: invidiam iratam *codd.*
10 *add. NO*

testates a Deo concessas[1], et propter vindictam noxiorum a Deo[2] *gladium* fuit[3] imperatori permissum – Romanorum c. XIII (Vulg., *Rm.* 13,4), et Psalmus: *et iustitia de celo prospexit* (Vulg., *Ps.* 84,12).

«Concordat Osee c. XIII, ibi: *Dabo,* inquid, *regem in furore meo* (Vulg., *Os.* 13,11) ob meritorum praemia[4] et peccantium penam.»[5] 2

Caruisset namque humana conditio iugo Domini nec libertatem a se homines abdicassent, nisi quod inpunita licentia scelerum in evidentem humani generis pernitiem redundaret, et sic ex necessitate quadam oportuit naturam subesse iustitie et servire iudicio libertatem – Romanorum dicto[6] c. XIII, ibi: *ideo necessitate subditi estote,*[7] *non solum propter iram sed propter conscientiam; ideo enim et tributa prestatis* Cesari (Vulg., *Rm.* 13,5–6). 3

Concordat Pollicratus libro VII in principio et c. sequenti (cf. Ioann. Saresb., *Policr.* 7, PR.;1), et melius Romanorum c. VII in principio, ibi: *scientibus enim legem loquor, quia lex in homine dominatur quanto tempore vivit* (Vulg., *Rm.* 7,1). 4

Itaque lex est sancta et mandatum eius est iustum et bonum; sed nec exquiri intrinsecus debuit inter homines nisi potentior et optimus, neque aliam speciem querere creature quam principem Romanum. Et est ratio quia *omnes provincie in Romani imperii dictione consistunt,* secun- 5

1 a Deo concessas *om. NO*
2 {a Deo} *G*
3 fuit *scripsi*: fuisse *codd.*
4 praemia *scripsi*: pravitatem *codd.*
5 *add. N*
6 {dicto} *G*
7 .s. principi *post* estote *add. NO*

dum Vegetium libro I c. ultimo (Veg., *Mil.* 1,28). Concordat Valerius prologo libri I § *te igitur* (Val. Max. 1, PR.).

6 Sed homo melior prelatus est homini ut gratiorem prelaturam efficeret idemptitas speciei, potissime cum ad regimen populorum divina sententia Romanum prefecit imperium, dum sibi in figura numismatis in redditione census pre ceteris regibus Cesaree fortune fastigium presignivit – Mathei c. XXII (cf. Vulg., *Mt.* 22,15–22) et Luce c. XX (cf. Vulg., *Lc.* 20,20–26).

7 *Hec est prima* et *clarissima professio que Cesarem omnium principem Romanosque rerum dominos singulatim cuntorum hominum edita descriptione* [Christus ipse][1] *signavit; in qua*[2] *et ipse qui cunctos homines fecit se inveniri hominem* et *ascribi inter homines voluit* (Oros., *Hist.* 6,22,7): *et* ex *Cesaris censu est civis Romanus ascriptus* (Oros., *Hist.* 7,3,4), secundum Orosium libro VI in fine et libro VII c. II.

8 Cui principi diversimodas Deus subdidit nationes, non solum ut eis imperando preesset sed ut ipsis pacis et iustitie copiam ministraret. Concordat Sapientie c. VIII, ibi: *disponam populos et nationes* et *mihi erunt subiecte* (Vulg., *Sap.* 8,14). Accedit Tullius .II. Offitiorum c. *Quinque igitur rationibus* (Cic., Off. 2,9) § *cum igitur tanta sit vis iustitie, ut* ipsa *etiam latronum opes confirmet* (Cic., *Off.* 2,40), ibi: *olim bene morati reges constituti* sunt ob causam que sequitur infra scriptam. *Nam cum premeretur in initio multitudo ab hiis qui maiores opes habebant, ad* iustum[3] *aliquem fugiebant virtute prestantem, qui cum prohiberet* [ad][4] *iniuria tenuiores,* in *equitate constituenda summos cum infimis pari*

1 Christus ipse *delevi*
2 qua *correxi ex Oros.*: quem *codd.*
3 iustum *codd.*: unum *Cic.*
4 ad *delevi*

iure iungebat (Cic., *Off.* 2,41). Concordat Livius .III. Ab urbe condita c. XI § *cum promptum* (Liv. 3,34,1), et dic ut ibi.

Eademque constituendarum legum fuit causa que et regum. Concordat Seneca libro VI Epistolarum maiorum epistula II, ibi: *nature enim est* proprium potentioribus[1] *deteriora submittere. Mutis*[2] *quidem gregibus aut maxima corpora presunt aut vehementissima. Non precedit armenta degener taurus, sed qui magnitudine* acrior est,[3] *ceteros mares vincit. Elephantorum gregem* excellentissimus *ducit; inter homines* melior et *optimus animo* et virtute *rector eligebatur ideoque summa felicitas erat gentium in quibus non poterat esse potentior nisi melior.*[4] *Tantum enim quantum vult potest* facere *qui se non putat esse nisi quod debet. Illo ergo seculo quod aureum* homines *perhibent penes sapientes fuisse regnum Possidonius iudicat.* 9

Hii continebant manus et infirmiores a vallidioribus tuebantur, suadebant et *dissuadebant et utilia monstrabant. Horum prudentia ne quid suis deesset providebant, fortitudo arcebat pericula, beneficientia agebat ornabatque subiectos. Offitium erat imperare, non regnum. Nemo quantum posset adversus eos experiebatur per quos ceperat posse, nec erat cuiquam aut animus* ad *iniuriam aut causa,*[5] *cum bene imperanti bene pareretur nihilque rex*[6] *maius minari male parentibus posset*[7] *quam ut abiret* a *regno,* quod est a Romanis stricte notandum. *Sed postquam subrepentibus vitiis in tyrannidem sunt reg-* 10

1 potentioribus *codd.*: potioribus *Sen.*
2 .i. irrationabilibus *post* Mutis *add. NO*
3 acrior est *codd.*: ac toris *Sen.*
4 .i. virtuosior *post* melior *add. N*
5 causa *correxi ex Sen.*: causam *codd.*
6 et episcopus *post* rex *add. NO*
7 posset *correxi ex Sen.*: potest *codd.*

na conversa, opus esse cepit legibus et ipsas inter initia tulere sapientes, veluti *Solon* et *Ligurgus* (Sen., *Epist.* 90,4–6) ac alii quam plures sapientes.

11 Quapropter *ut huiusmodi gratie per totum mundum diffunderetur effectus, Romanum imperium divina providentia preparavit. Dispositio divinitus operi maxime congruebat, ut multa regna* sub Romano *confederarentur imperio,* secundum Leonem papam sermonibus principum apostolorum (Leo M., *Serm.* 69,2).

5,1 5. De virtutibus et dotibus imperialibus

VZ,4,54,11 Et est sciendum quod Romanorum princeps[1] est *lex* Dei *animata in terris*[a], forma equitatis, norma iustitie, *ymago* voluntatis *divine* et custodia salutis humane, secundum Policratum libro IIII c. I (Ioann. Saresb., *Policr.* 4,1 [p. 236])[b], et in prohemio Institutionum in principio (*Inst. Iust., De Inst. promulg.,* PR.), § *de lege et constitutione* l. *digna* (*Cod. Iust.* 1,14,4), et l. *si imperialis* (*Cod. Iust.* 1,14,12), et § *de iudiciis* l. *apertissime,* in fine (*Cod. Iust.* 3,1,16);

2 «*sine quo nec domus ulla nec civitas nec gens nec hominum universum genus stare nec rerum natura omnis nec ipse mundus potest. Nam et hic deo paret et huic obediunt maria terreque et hominum vita* [et][2] *iussis*[3] *supreme legis obtemperat,* secundum Tullium .V. De legibus, circa principium (Cic., *Leg.* 3,3).»[4]

3 In quo est spiritus intelligentie, sanctus nutus et multiplex, disertus et ininquinatus,[5] certus, suavis, amans[6] bo-

1 Romanorum princeps *G*: Romanum imperium *NO*
2 et *delevi*
3 iussis *correxi ex Cic.*: iussus *N*
4 *add. N*
5 ininquinatus *scripsi*: coinquinatus *codd.*
6 omne *post* amans *add. NO*

num et nullum vetans[1] benefacere, benignus omnibus, stabilis, securus et omnem[2] habens virtutem ac omnia prospiciens. Attingit autem ubique propter suam munditiam iustitie, quia ipse imperator est emanatio et claritas omnipotentis Dei sincera, et propterea prima eius corona est argentea que[3] claritatem et munditiem significat, qua coronatur Aquisgrani per archiepiscopum Coloniensem,[4c] de cuius manibus dependet omnis terreni principatus sublimitas, et sui numinis dispositione provida gubernatur.

4 Non enim lyra Salomonis hec caneret, nisi ipsa rei veritas sic haberet, nec [eius][5] organum sui oris expressisset – Parabolarum c. VIII dicens: *per me reges regnant* (Vulg., *Prv.* 8,15) –, nisi sue menti spiritus almificus in abditis inspirasset. Et ideo nichil in eo inquinatum incurrit; lumen est terrenum et speculum sine macula iustitiam diligendo;[6]

5 cuius labores magnas habent virtutes, per quas sobrietatem et sapientiam docet misericordiam et iustitiam exercere in populis universis, quibus nichil est in vita utilius hominibus; per quam iustitiam disponit populos et universas nationes sibi de iure subiectos, argumento eius quod legitur Sapientie c. VII et c. VIII (cf. Vulg., *Sap.* 7–8);

6 unde Livius De bello Macedonico libro VIII *De accusatione Publii Scipionis* c. II in fine, ibi: *unum hominem*

1 vetans *scripsi*: vetat *codd.*
2 in se *post* omnem *add.* *NO*
3 que *G*: quod *NO*
4 {et propterea ... Coloniensem} *G*
5 eius *delevi*
6 iustitiam diligendo *G*: ac iustitiam diligit *NO*

caput columpnamque[1] *imperii Romani esse, sub umbra* cuius *civitatem* Romanam *orbis terrarum dominam latere, nutus eius pro decretis patrum, pro populi iussis esse* (Liv. 38,51,4).

7 Nam *ad statum totius* orbis[2] *corrigendum* temporaliter[3] *unus sufficit*; et ideo *nullum meritum valentius fuit discipline militari* (Val. Max. 2,7,15) quam sub unius imperio regimen esset orbis – Digestorum *De offitio prefecti vigilum* l. *Nam* (*Dig.* 1,15,3); accedit Valerius .II. c. *De disciplina militari* § *Lutius Martius* (Val. Max. 2,7,15).

8 Quam ob rem *hoc ipso quod solus* et *unus est, ideo singularem atque unigenam* totius orbis optinet monarchiam, argumento Tullii De essentia mundi § *rursus* (Cic., *Tim.* 12); concordat Seneca De tranquillitate animi libro II § *minabatur Theodoro philosopho tyrannus mortem* (Sen., *Dial.* 9,14,3), ibi: *Persequebatur illum philosophus suus nec iam procul erat*[4] *tumultus in quo Cesari deo nostro fiebat cotidianum sacrum* (Sen., *Dial.* 9,14,9).

6,1 VZ,4,54,12 6. De veneratione a[5] populis inpendenda[6] imperatori canonice instituto et per ecclesiam approbato

Quique Cesar ceteros reges et principes maioritate precellit, cui postquam *Augusti* verum et approbatum ab ecclesia Romana[7] sortitur vocabulum, *tamquam presenti et corporali deo*[a], *per* quem *reges regnant et conditores legum iusta decernunt* – Parabolarum c. VIII (Vulg., *Prv.* 8,15) –,

1 columpnamque *codd.*: columenque *Liv.*
2 orbis *codd.*: civitatis *Val. Max.*
3 {temporaliter} *G*
4 procul erat *correxi ex Sen.*: protulerat *codd.*
5 {a *s. l.*} *G*: a *O*: *om. N*
6 inpendenda *GO*: exibenda *N*
7 {Romana} *G*: *om. NO*

fidelis est prestanda devotio[b] – Paralipomenon .I. c. ultimo, ibi: *et benedixit omnis ecclesia Domino Deo patrum suorum et inclinaverunt se et adoraverunt* eum, *deinde regem* Salomonem quem *unxerunt in principem* [XXXVIII] *seditque Salomon super solium Domini rex pro David patre suo et cuntis placuit et paruit illi omnis Israhel et universi principes et potentes subiecti fuerunt Salomoni regi* (Vulg., I*Par.* 29,20; 22–24).

Concordat Regum .I. c. XXIIII, ibi: David: *Propitius sit mihi Deus, ne faciam hanc rem domino meo christo Domini,*[1] *ut mittam manum meam in* Saulem, *quia christus Domini est* (Vulg., I*Sm.* 24,7). 2

Deo enim privatus vel militans quisque *servit, cum eum fideliter diligit qui* ubique *Deo regnat auctore; cuius* imperium et *maiestas secundum Deum ab humano genere diligenda est et colenda,* secundum Vegetium .II. De re militari c. *Quemadmodum legio constituatur* (Veg., *Mil.* 2,5). 3

Concordat Thobie c. XIII, ibi: *confitemini Domino, filii Israhel, et in conspectu gentium laudate eum* (Vulg., *Tb.* 13,3), et eodem c. dicitur: *luce splendida fulgebis et omnes fines terre adorabunt te; nationes ex longinquo ad te venient et munera* .i. tributa *deferentes adorabunt te Deum* .i. terre dominum (Vulg., *Tb.* 13,13–14). 4

Facit ad hoc Digestorum *ad legem Rodiam de iactu* l. *Deprecatio,* ubi dicitur quod imperator est *dominus mundi* (*Dig.* 14,2,9); et Ieremie c. X, ibi: *quis non timebit te, o rex gentium; tu enim es decus inter cuntos sapientes gentium et in universis regnis eorum nullus est similis tibi* (Vulg., *Ier.* 10,7); et Danielis c. VII, ibi: *omnes populi, tribus ac lingue servient ei* (Vulg., *Dn.* 7,14). 5

1 Domini *correxi ex Vulg.*: Domino *codd.*

6 Concordat Ecclesiastici c. XXXV, ibi: *qui adorat* eum *in oblectatione, suscipietur et deprecatio illius usque ad nubes appropinquabit* (Vulg., *Sir.* 35,20); unde Seneca .IX. Epistularum moralium epistula LXXIIII in principio, ibi: *errare mihi videntur qui extimant* se *philosophie fideliter deditos* et *contumaces esse ac* contradictores[1] et *contemptores magistratuum aut regum* et *eorum per quos publice* iustitia *administratur* (Sen., *Epist.* 73,1).

7 Concordat Policratus libro IX c. *Reverentia* § I, dicens quod offitium est debitum exequendi ut magistratui publico reverentia inpendatur, *tanta*que ei *reverentia* debetur, *quanta* est ei supereminentia cuiuslibet magistratus, cum reverentia magistratus aut contemptus redundet in honorem et contumeliam omnium *subiectorum* (Ioann. Saresb., *Policr.* 4,3 [p. 241]), quod est stricte notandum.

8 Qui non solum est a singulis populis venerandus sed etiam ipsius ymagines; et est ratio quia *princeps est ymago Dei* quem nullus *offendit inpune*[c], argumento Regum .II. c. I, ibi: *David* rex *ait ad eum* qui occiderat Saulem: *Quare non timuisti mittere manum tuam, ut occideres christum Domini*[2] (Vulg., II*Sm.* 1,14), et § *si quis imperatori maledixerit* l. una (*Cod. Iust.* 9,7); *vocavitque David unum de pueris suis* et *ait: Accedens irrue in eum qui percussit* Saulem, et occide eum. Quo mortuo *ait David: Sanguis tuus super caput tuum; os enim tuum locutum est adversum te dicens: Ego interfeci christum Domini*[3] (Vulg., II*Sm.* 1,15–16). Et postea *apprehendit David vestimenta sua* et *scidit* pre dolore *omnesque viri qui erant cum eo et planxerunt et fleverunt super Saulem et Ionatham filium eius* (Vulg., II*Sm.* 1,11–12).

1 contradictores *codd.*: refractarios *Sen.*
2 Domini *correxi ex Vulg.*: dominum *codd.*
3 Domini *correxi ex Vulg.*: dominum *codd.*

Concordat Valerius .V. § *age Marci Marcelli clementia, qui captis a se Syracusis urbis afflicte casum lugubrem intuens fletum cohibere non potuit* (Val. Max. 5,1,4). Cuius *ymagines* tamquam *divine presentie sue signa sunt* fideliter a cunctis nationibus *veneranda*, secundum Tullium[d] De re militari § *sciendum* (Veg., Mil. 2,6), et Vegetium .II. c. VI quod incipit: *sciendum* § I (Veg., *Mil.* 2,6). 9

Ratio huius est[1] quod scribitur Ecclesiasti c. X in fine, ibi: *in cogitatione tua regi ne detrahas et in secreto cubili tuo ne maledixeris diviti, quia aves celi portabunt vocem tuam et qui habet pennas adnuntiabit sententiam* (Vulg., *Ecl.* 10,20); et Exodi c. XXII quasi in fine et c. XXIII (cf. Vulg., *Ex.* 23,1–2), ibi: *principi populorum ne maledixeris* (Vulg., *Ex.* 22,28). 10

Et est ratio que scribitur Luce c. VIII (cf. Vulg., *Lc.* 8,17) et c. XII in principio, ibi: *nichil opertum quod non reveletur neque absconditum quod non sciatur, quoniam que in tenebris* .i. secretis *dixistis, in lumine dicentur et quod in aure locuti estis in cubili, predicabitur in tectis* (Vulg., *Lc.* 12,2–3). Concordat Actuum c. XXIII in principio, ibi: *Paulus* apostolus iniuste cesus mandato principis sacerdotum nomine Ananie *dixit: Percutiat te Deus, paries dealbate, et tu sedes iudicare secundum legem et contra legem me iubes percuti. Et qui astabant dixerunt: Summum sacerdotem Dei maledicis. Dixit Paulus: Nesciebam, fratres, quod princeps esset sacerdotum* (Vulg., *Act.* 23,3–5). 11

Nunquid ergo cuiquam viro *licebit in opere* principem maledicere, *cum et ipsa cogitatio cubileque secretum* ac *sententia cordis arcetur, ne* quis *aliquid adversus principem moliatur aut concipiat*?[e2] Nam in celum os ponere et lin- 12

1 secundum *post* est *add. G*

2 § *si quis maledixerit imperatori* l. I (*Cod. Iust.* 9,7) *post* concipiat *add. NO*

gua[1] per terram transire est prelato suo derogare – XXI di. *In tantum* (*Decr.* 1,21,9). Preterea nonne *omnes* terrarum *provincie in Romani imperii ditione consistunt,* secundum Tullium[f] De re militari, iuxta finem[2] (Veg., *Mil.* 1,28)?

13 Sine quo nichil *recte aliquid inchoatur, nisi post Deum* eiusque vicarium *faverit imperator, neque quemquam magis decet vel meliora scire vel plura quam principem cuius doctrina* debet *omnibus prodesse subiectis,* secundum Vegetium prologo libri I (Veg., *Mil.* 1, PR.); *penes quem consensus hominum* et *deorum maris ac terre regimen*[3] *esse voluit,* secundum Valerium prohemio libri I § *te igitur* (Val. Max. 1, PR.), et Vegetium .II. in principio, ibi: *quid enim audatius quam domini ac principis generis humani, dominatoris omnium gentium, non* obtemperare *mandatis*; certe nullum, sed qui faciunt huiusmodi, incurrunt *sacrilegium et periculum* (Veg., *Mil.* 2, PR.), ut prefertur secundum quod iura civilia protestantur et canones;

14 rursus Parabolarum c. XXV, ibi: *ne gloriosus appareas coram rege et in loco magnorum ne steteris* (Vulg., *Prv.* 25,6), *eo* quod *spectat* ad *sapientis edictum, ut quisquis non humiliaverit* se *in facie principis confusione obductus, gloria quam usurpavit* indigne *dignus est spoliari*; bonorum[4] *siquidem* Romanorum princeps *distributor* existit *et dum recte principatum ministrat, penes* ipsum *est* puerpera[5] *dispensatio munerum,* secundum Policratum. *Recte quidem ministrat, cum eo presidente ecclesie* Romane *promovet* excellentiam,[6]

1 lingua *scripsi*: linguam *codd.*

2 et eiusdem .V. De legibus in principio (cf. Cic., *Leg.* 3,3), et dic ut ibi *post* finem *add. N*

3 regimen *correxi ex Val. Max.*: regimine *codd.*

4 bonorum *codd.*: honorum *Ioann. Saresb.*

5 puerpera *codd.*: perpetua *Ioann. Saresb.*

6 excellentiam *codd.*: culmen *Ioann. Saresb.*

cum religionis ipsius *dilatat cultum, cum superbos humiliat et humiles exaltat,* cum est *munificus in egenos,* cum est *frugalior in copiosos, cum* virtuosos premiat[1] *et vitia equa penarum* statera[2] *remunerat, cum iustitia ambulat ante eum,* cum *gressus suos in via prudentie* dirigit aliarumque virtutum sua roborat fundamenta ac inclita pace Deo placida *populi* gloriantur eiusque *in regno* iustitia trihumphat et *equitas* collaudatur ac *totius* orbis *latitudine exultant* perpetue (Ioann. Saresb., *Policr.* 6,26 [p. 79–80]).

Hiis igitur dotibus ab olim Cesares divi[3] fulxerunt; unde Parabolarum c. XXIX: *qui iudicat in veritate pauperes, tronus eius in eternum* fundabitur (Vulg., *Prv.* 29,14). *Quis* igitur tante temeritatis esse presumat, ut *ei* tam bene merito et virtuoso *honorem* et reverentiam temptet *detrahere, quem audit a Domino munere perpetuo honoratum* (Ioann. Saresb., *Policr.* 6,26 [p. 80]), secundum Policratum libro XI c. *Preterea* sicut principem (Ioann. Saresb., *Policr.* 6,25 [p. 76]) § finali? 15

Nec est fas ut illis parcatur qui imperatorem habuerint inimicum, argumento Regum .I. c. II, ibi: *si autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo?* (Vulg., 1*Sm.* 2,25) «– quasi dicat: nullus; quod autem imperator sit deus terrenus et terrarum dominus probatur per Eutropium libro XI, ibi: Cum *Athanaricus rex Gottorum civitatem Constantinopolitanam intrasset* et *ad Theodosium* Romanorum imperatorem *ingressus conspiceret obsequia officiaque diversa: Sine dubio, inquid, deus terrenus est imperator* (Paul. Diac., *Hist. Rom.* 11,15).»[4] 16

1 virtuosos premiat *codd.*: virtutes premio *Ioann. Saresb.*
2 statera *codd.*: lance *Ioann. Saresb.*
3 .i. inperatores *post* divi *add. N*
4 *add. NO*

17 Nam imperium Romanum quod est quartum est velut ferrum, de quo scribitur Ieremie c. I, ibi: *ego dedi te in columpnam ferream* (Vulg., *Ier.* 1,18), et propterea secundo coronatur corona ferrea Mediolani per archiepiscopum Mediolanensem,[1] et c. XXIX, ibi: *ferrum* .i. Romanum imperium *posui super collum cuntarum gentium* (Vulg., *Ier.* 28,14);

18 *quia* quomodo *ferrum* comminuit et *domat omnia,* sic *Romanorum* imperator comminuet et *conteret* universa (Petr. Com., *Hist. schol.,* col. 1449). Dicitur *quarta bestia terribilis et fortis, dentes ferreos habens et* omnia *pedibus conculcans.* Huiusmodi *Romanorum* imperium *nulli bestie comparatur, ut quidquid in bestiis ferocius cogitamus, in* huiusmodi imperio *intelligamus* – Danielis II visione IIII (Petr. Com., *Hist. schol.,* col. 1454). Hoc idem sentit Magister ystoriarum scolasticarum, ibi: nunc *tenet* orbem terrarum; de quo in *statua* dicitur, ibi: *tibie* eius *ferree, pedum quedam pars ferrea, quedam fictilis* (Petr. Com., *Hist. schol.,* col. 1449), significans omnes nationes aut interfectas ab ipso aut tributis servientes, secundum Ysidorum libro IX, titulo *De regnis et militie vocabulis* (cf. Isid., *Orig.* 9,3,1–3), et Machabeorum .I. c. VIII (cf. Vulg., I*Mcc.* 8,1–12), et dic ut ibi.

19 Est rursus imperator navis temporalis super qua homines gradiuntur – Parabolarum c. ultimo, ibi: *facta est quasi navis institoris de longe portans panem suum* (Vulg., *Prv.* 31,14); que per navem Salomonis figuratur – Regum .III. c. VIIII in fine (cf. Vulg., III*Rg.* 9,26). Arma et leges censentur gubernacula dicte navis, quia per ea pacis et belli tempora gubernantur, ut notatur in prohemio Institutionum in principio (cf. Inst. Iust., *De Inst. promulg.,*

1 {et propterea ... Mediolanensem} *G*

PR.). Dux et gubernator huiusmodi navis princeps Romanorum existit[1] – Proverbiorum c. XIIII, ibi: *qui patiens est, multam* per sapientiam .i. leges *gubernatur*[2] (Vulg., *Prv.* 14,29), auro comparabilem, et propterea tertio coronatur corona aurea in Urbe per summum pontificem;[3][g]

20 in quem non sine grandi consilio et deliberatione perpensa condende legis ius et imperium lex regia et Romanus populus transtulerunt[h], secundum Valerium in fine prohemii, ibi: *deos reliquos accepimus* .s. a mundo, *dedimus Cesares* (Val. Max. 1, PR.) – supple: mundo –, et quare: ob merita et virtutes eorundem;

21 et notatur Digesto *De origine iuris* l. II § *deinde cum omnes* (*Dig.* 1,2,2,8), et Institutionum *De iure naturali* § sed *quod principi*[4] (*Inst. Iust.* 1,2,6), et Sapientie c. VIII in principio, ibi: *et disponit omnia suaviter* (Vulg., *Sap.* 8,1), et c. XII, ibi: *tu dominator virtutis, tua virtus initium est iustitie, cum tranquillitate iudicas et cum magna temperantia* cuncta *disponis* (Vulg., *Sap.* 12,16;18);

22 qui ideo legem in populis condidit, ut eos in amorem suum magis inflamaret – Ieremie c. V[i]; ideo *dilexit populos* (Vulg., *Dt.* 33,3), quibus ignem .i. amorem caritatis maximum ostendit – Deuteronomii .XXXIIII., ibi: *in dextera eius ignea lex* (Vulg., *Dt.* 33,2), *per* eum *divinitus promulgata* – XVI q. *Nemo* (*Decr.* 2,16,3,17), et § *de longi temporis prescriptione,* lege ultima (*Decr.* 2,16,3,a.c.17); per quem Deus distribuit iura hominibus.

23 Remi[5] dicte navis sunt opera preceptorum – Ezechielis

1 existit *NO*: extitit *G*
2 .i. leges gubernatur *post* pontificem *transposuit G*
3 {auro comparabilem ... pontificem} *G*
4 principi *correxi ex Inst.*: principii *codd.*
5 autem *post* Remi *add. N*

c. XVIII, ibi: *quercus de Basan dolaverunt in remos* (Vulg., *Ez.* 27,6), velut ipsius navis est castitas – Ezechielis c. XXVII, ibi: *bissus varia de Egypto texta est tibi in velum* .i. castitatem (Vulg., *Ez.* 27,7). Concordat Valerius .IIII. c. III § primo (cf. Val. Max. 4,3,1).

24 Corde et funiculi sunt amor Dei et karitas quam[1] habet circa subditos; que per cordas et funiculos designatur – Osee c. XI, ibi: *in funiculo karitatis traham eos* (Vulg., *Os.* 11,4). Hic[2] funiculus intelligitur imperialis potestas que funiculo distributionis dividit et mensurat universa unicuique dando secundum mensuram iustitie que sibi debetur.

25 Et hoc est quod dicitur Zacharie .XI.: *Tuli* aliam *virgam* et hec *abscindetur* similiter (Vulg., *Za.* 11,10), ut ab eodem qui commisso sibi Cesaree[3] fortune fastigio per potentiam populis imperabat, prodiret origo *iustitie inmortalis* et perpetue – Sapientie c. I in fine (Vulg., *Sap.* 1,15); Ysaie c. XLV, ibi: *mee sunt iustitie et imperium* (Vulg., *Is.* 45,24); a quo eiusdem iustitie defensio procedebat, nam parum esset leges in terris esse, nisi essent qui tuerentur eas – Digestorum *De origine iuris* lege II § *post originem,* in fine (*Dig.* 1,2,2,13); ideoque conspici potest non tantum utiliter sed necessario fuisse provisum, ut in persona imperatoris, concurrentibus hiis duobus .s. iuris origine et tutela, a iustitia rigor et a rigore iustitia non abesset.

26 Oportet insuper Cesarem esse divina dispositione[4] constitutum, argumento Regum .I. c. X in fine, ibi: *Samuel ait ad populum:*[5] *Videtis quem elegit Dominus,* ut *non sit ei si-*

1 quam *NO*: quos *G*
2 enim *post* Hic *add. NO*
3 Cesaree *scripsi (cf. Polist., 10,4,6)*: Cesare *codd.*
4 dispositione *GO*: dispensatione *N*
5 {ad populum} *G*: *om. NO*

milis in omni populo (Vulg., I*Sm.* 10,24) ecclesiam sanctam Dei regere eiusque fideles imperiali defendere gladio et defensorem summi pontificis fore [XXXIX], cui tamquam filius patri subiectus est in omnibus necessitatibus, a quo gladium recipit evaginatum – Machabeorum .II. c. ultimo, ibi: *extendisse autem Ieremiam* prophetam Dei *dextram et dedisse Iude* Machabeo *gladium* [et][1] *dicentem* sibi: *Accipe sanctum gladium munus a Deo, in quo deicies adversarios populi mei Israhel* (Vulg., II*Mcc.* 15,15–16), que interpretatur visio Dei fortis vel princeps cum Deo aut mens videns Deum.

27 Per quod ostenditur evidenter quod primatum habet supra imperatorem, quia hoc verbum "accipe" est verbum imperativum; nam per Ieremiam qui interpretatur *excelsus* vel sublimitas *Dei*[j] sub typo intelligitur papa et per Iudam intelligitur quilibet imperator ad denotandum quod sicut Iudas recepit gladium .i. executionem gladii de manu Ieremie, sic imperator quilibet catholicus de manu domini pape vicarii Christi Dei et hominis veri debet recipere gladium evaginatum .i. eius executionem et potestatem gladii temporalis cuius minister existit.[2]

28 Ratio huius est quia summus pontifex non semper vult uti executione gladii temporalis potestatis sed eum sibi retinet, prout vult et ei placet, et committit imperatori vel regibus tamquam organo et instrumento ipsius, ut exequantur potestatem temporalem ad requisitionem eius in parendo in omnibus mandatis ipsius, *quando per se non potest,* presertim ubi *agitur de* mutilatione[3] *menbrorum* vel *gravi sanguinis effusione quam non solum per se non debet*

1 et *delevi*
2 existit *NO*: extitit *G*
3 mutilatione *codd.*: truncatione *Host.*

exercere sed etiam tenetur personam suam a talibus *omnino subtrahere, quia non debet in talibus aliquatenus interesse,* secundum Hosti. super c. *Solite* – Extra. *de electione*[k],

29 ubi dicit quod tanta est differentia inter pontificalem auctoritatem et potestatem imperialem, quanta est inter solem et lunam, sed *inter solem et lunam* est magna *differentia* circa *magnitudinem,* sicut *patet per id quod legitur libro V Almagesti* †demonstrati†[1] *Ptholomei propositione XVIII, ubi sic legitur: Manifestum est quod magnitudo solis continet magnitudinem terre centies ‹et sexagesies septies et insuper eius quartam et octavam. Et ibidem palam est quod magnitudo solis continet magnitudinem lune›*[2] *septies*[3] *milies et sexcenties quadragies* [milies][4] *quater et insuper eius medietatem,* ita quod *magnitudo terre continet magnitudinem lune tergesies .i. triginta vicibus et novies et vicesimam quartam eius. Ergo secundum hoc pontificalis auctoritas maior est regali potestate sexties milies et sexcenties et quadragesies quater*[5] *et insuper eius medietatem.*

30 Ergo *sol est maior luna, ut* prefertur, vel dic quod *quanta est differentia offici et claritatis et illuminationis inter solem et lunam, tanta est prelationis et subiectionis inter pontifices et reges, quasi dicat: Sicut luna recipit claritatem* et illuminationem *a sole* tantum, *sic regalis potestas recipit dignitatem et illuminationem a* summo pontifice[6] *et sicut sol illuminat mundum per lunam, quando per se non potest de nocte, sic et pontificalis per regalem sive temporalem regit mundum sive*

1 demonstrati *crucibus notavi (cruces iam apud Hostiensem appositae sunt)*
2 et sexagesies ... lune *supplevi ex Host.*: *om. codd.*
3 septies *correxi ex Host.*: sexies *codd.*
4 milies *delevi*
5 quater *correxi ex Host.*: quatuor *codd.*
6 summo pontifice *codd.*: pontificali authoritate *Host.*

ecclesiam Dei, quando per se non potest, presertim ubi *agitur de animadversione vel membrorum truncatione*[1] vel *gravi sanguinis effusione,* ut dictum est supra proxime[2] (Hostiensis ad *Decretal. Gregor. IX,1,33,6* [fol. 171rv])[l];

et ita intelligitur dictum apostoli Thimothei .II. c. II in principio, ibi: *nemo militans* Deo *implicat se negotiis secularibus* (Vulg., II*Tim.* 2,4); et dicto c. X Corinthiorum .II. (cf. Vulg., II*Cor.* 10,4), et Exodi c. VII in principio, ibi: ego *constitui te Deum Pharaonis* (Vulg., *Ex.* 7,1) – glossa[m]: .i. eam potestatem tibi dando, ut iuxta voluntatem tuam eum affligas; ut per Moysen intelligatur papa potestatem habens supra quemlibet imperatorem, et quare: quia ipse summus pontifex papa Romanus vicem Christi, cuius sunt omnia, agit omnia que sunt in terris – Mathei c. ultimo, ibi: *data est michi omnis potestas in celo et in terra* (Vulg., *Mt.* 28,18). 31

Et ideo quantum ad institutionem et quantum ad auctoritatem et universalem executionem, utraque potestas residet in Romano pontifice et ab ipso tamquam ab uno capite universalis ecclesie in clericos et quoslibet imperatores et reges ac seculares quoscumque debet omnis derivari iurisdictio et potestas – XXII di. c. I (cf. *Decr.* 1,22,1); et per consequens omnes predicta potestate seculari et spirituali casu interveniente per Romanum pontificem possunt privari, quia sicut ab ipso omnibus potestas in spiritualibus et temporalibus[3] confertur, sic ab eis per eum[4] casu interveniente potest auferri. 32

1 truncatione *NO (Host.)*: mutilatione *G*

2 {ubi dicit quod ... supra proxime} *G*

3 omnibus potestas {in} spiritualibus et temporalibus *G*: omnis potestas spiritualis et temporalis *NO*

4 ab eis per eum *G (cf. Polist., 10,8,37;76)*: ab eo [et *O*] per eum *NO*

33 Rursus huiusmodi imperator velut organum et instrumentum summi pontificis ad requisitionem et preceptum ipsius debet exequi potestatem temporalem in execrando ac disperdendo Christiani nominis sub ficto velamine hostes – Ysaie c. LII, ibi: *iste asperget gentes multas; super ipsum continebunt reges os suum, quia quibus non est narratum de eo videbunt et qui non audierunt contemplati sunt* eum (Vulg., *Is.* 52,15).

34 Viduas et pupillos clementer adiuvet ac defendat – Iob c. XXIX (cf. Vulg., *Iob* 29,12–13); desolata restauret – Ecclesiastici c. IIII, ibi: *esto pupillis misericors ut pater et pro viro matri illorum* (Vulg., *Sir.* 4,10); ulciscatur iniusta et conservet restaurata et bene disposita; inimicos ecclesie confusione induat ac spretis contagiis vitiorum omnium iustitiam, pietatem, patientiam et misericordiam, que superexaltat iudicium, secundum Iacobum apostolum in principio epistule (cf. Vulg., *Iac.* 1), diligat et iuste, patienter et misericorditer vivat – Parabolarum c. XIIII in fine, ibi: *qui patiens est, multa* ipsius *prudentia gubernatur; qui autem impatiens* est, *exaltat stultitiam suam* (Vulg., *Prv.* 14,29).

35 Oportet etiam fore patrem iustitie et equitatis filium ecclesie et ministrum. Ratio huius est quia *omnis potestas a Domino Deo est et cum illo fuit et est ante evum* – Ecclesiastici c. I (Vulg., *Sir.* 1,1)[n]; *qui non secundum armorum potentiam, sed prout sibi placet, dat dignis victoriam* – Machabeorum .II. c. ultimo (Vulg., II*Mcc.* 15,21).

36 Et ideo *iustum est subditum esse Deo* – Machabeorum .II. c. VIIII (Vulg., II*Mcc.* 9,12), et per consequens pape summo pontifici, cui Deus animas hominum ligandi et solvendi plenam et unigenam contulit potestatem – Mathei c. XVI (cf. Vulg., *Mt.* 16,19), et Iohannis ultimo, ibi: *pasce oves meas* (Vulg., *Io.* 21,17); quia nulli catholico ve-

nire debet in dubium, quin papa in[1] imperium habeat superioritatem[2]– Extra. in Clementinis libro VII, *De sententia et re iudicata* c. *Pastoralis* § ultimo (*Clement.* 2,11,2), et eodem libro *De iureiurando* (*Clement.* 2,9), in principio[3],

«et quia Christus concessit beato Petro utrumque gladium – Mathei c. XVI (cf. Vulg., *Mt.* 16,19), ut prefertur,[4] [si utrumque][5] *oportet concedere*»[6] *nullum imperatorem* quemlibet[7] *rite gladium exercuisse* sine Romani pontificis decreto et autoritate, *quod intelligens christianissimus Constantinus in resignatione regalium*[8] *resignavit beato Silvestro gladium,* evidenter *ostendens non legittime se usum fuisse gladii potestate nec* eum licite *habuisse, cum ab ecclesia non recepisset,* secundum Archidiaconum Bononiensem super X di. *Quoniam* (Archidiaconus ad *Decr.* 1,10,8). 37

7. De mutuis complexibus[9] et connexu papalis et imperialis potestatis 7,1

Sunt igitur papa et imperator duo magna luminaria ad firmamentum .i. universalis ecclesie regimen mundique posita[a] – Extra. *De maioritate et obedientia* ‹c.›[10] *Solite* (*Decretal. Gregor. IX* 1,33,6); et *maxima quidem in hominibus sunt dona Dei a superna collata clementia, sacerdotium* .s. *et*

1 in *om. GO*
2 ut prefertur et *post* superioritatem *add. NO*
3 Patet ergo ex predictis *post* principio *add. G*
4 et quia ... prefertur *om. O*
5 si utrumque *delevi*
6 *add. NO*
7 imperatorem quemlibet *correxi ex Archi.*: imperator quilibet *codd.*
8 regalium *NO (Archi.)*: legalium *G*
9 complexibus *GO*: complexionibus *N*
10 c. *supplevi*

imperium, illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis presidens; [ut][1] ab *uno eodemque principio* .i. Christo *utraque procedentia humanam vitam exornant,* ut in cor. Aut. *Quomodo oporteat episcopos et reliquos clericos ad ordinationem deduci,* in principio coll. I (*Nov.* 6, PR. [= *Auth.* 1,6]).

2 Hec enim regimina duo .s. pontificalis autoritas et regale fastigium ad gubernationem humani generis sunt ab eterna[2] collata clementia, ut prefertur, que sic se connexe respiciunt, sic se complexibus[3] mutuis amplexantur, ut *alterum alterius auxilio egeat,* ut notatur in prohemio Salustii (Sall., *Catil.* 1,7)[b], quasi in principio; et qui ledit alterum, pariter offendit utrumque[c].

3 Horum pastoralis auctoritas et imperialis potestas et fastigium designatur XI c. Zacharie, in principio c. sic dicens: *vox ululatus*[4] *pastorum, quoniam vastata est magnificentia eorum*; et iterum: *vox rugitus leonum,* quod est dissidium, fumus, litigium, ignis regum Syriorum, Medorum et Persarum, Macedonum et Romanorum, *quoniam vastata est* – inquid – *superbia Iordanis* (Vulg., *Za.* 11,3). Apparet ex hiis secundum hunc prophetam decisio, causa et casus imperialis potestatis que non est hodie et ecclesiastice dignitatis que in casu est temporibus Antichristi.

4 Item post hec statim sequitur: *Sume* igitur *vasa pastoris stulti* (Vulg., *Za.* 11,15), et hec vasa sunt prelati illius pastoris; et sequitur: *Quoniam ego suscitabo pastorem in terra,*

1 ut *delevi*
2 eterna *scripsi*: eterno *codd.*
3 complexibus *GO*: complexionibus *N*
4 ululatus *correxi ex Vulg.*: ululatum *codd.*

qui delicta non visitabit, dispersa non queret (Vulg., *Za.* 11,16), et hic est Antichristus.

Notandum est insuper quod papa et imperator se debent diligere mutuo, sicut pater et filius, quia papa loco patris Aron et imperator loco filii pape – XCV di. c. *In scripturis* (*Decr.* 1,96,8), et c. *Si imperator filius* (*Decr.* 1,96,11), quia ipsi sicut unum habent dominum et unam fidem, ita in eis debet esse una unitas[1] voluntaria et non coacta. 5

8. De potestate papali et eius singulari monarchia a qua omnis sacerdotalis auctoritas, imperialis et regalis potestas dependet et regitur, sicut obliquus a recto **8**,1 VZ,4,54,14

Quoniam, Ysaia propheta attestante, *corruit in plateis veritas* (Vulg., *Is.* 59,14) in tantum, ut veritas et misericordia et scientia Dei non inveniantur in terra, hinc est quod que sunt vero veriora et luce clariora in dubium versa sunt; quod quidem plurimum contingit ex hominum complacentia, quia principibus et prelatis multis potius quam Deo et veritati placere desiderantes veritatem pretermittunt.

Quos non solum dampnat prophetica auctoritas que dicit: *dissipat Deus ossa eorum qui hominibus placere* (Vulg., *Ps.* 52,6) et displicere ira vel odio desiderant, verum etiam refellit philosophica veritas que scribitur Ethicorum .I.: amicus Plato sed magis amica veritas (cf. Arist., *Eth. Nic.* 1096a16–17). 2

Quamvis igitur sit clarum et manifestum, adeo quod non potest aliqua tergiversatione celari, omnem potestatem tam spiritualem quam temporalem a Christo in prelatos et principes seculares derivatam esse, mediante Petro 3

1 et *post* unitas *add.* G

eius successore, cuius personam Romanus pontifex representat, temporibus tamen istis aliqui de hoc dubitare videntur; quorum radicem pro modulo intelligentie mee non invenire sed inventam manifestare intendo.

4 Verum ut scribitur .III. Methaphysice, volentibus veritatem de aliquo inquirere necessarium est bene dubitare eo quod inventio veritatis est solutio dubitatorum (Arist., *Met.* 995a27–29); ideo ad huius questionis et veritatis indagationem ponam rationes ad utramque partem[1] dubitationem facientes.

5 Arguitur ergo primo [XL] quod potestas et auctoritas prelatorum inmediate sit a Deo,[2] non mediante papa eis concessa, quia omnes prelati et maxime episcopi sunt sponsi ecclesie; sed non sunt sponsi ecclesie, nisi in quantum inmediate gerunt vicem Christi qui fuit verus ecclesie sponsus, iuxta illud Cantici .V.: *aperi michi, soror mea,* sponsa *mea* (Vulg., *Ct.* 5,2).

6 Ergo videtur quod prelatis sit concessa potestas inmediate a Christo,[3] non mediante papa.

7 Preterea [XLI] scribitur Actuum .XV. quod Iacobus qui fuit Ierosolimitanus episcopus sententiavit et sententiam protulit de legalibus observantiis, qualiter essent servande, presente Petro cuius personam papa representat, dicens: *Viri fratres, audite me* (Vulg., *Act.* 15,13); *visum est Spiritui Sancto et nobis nichil ultra inponere vobis oneris, quam ut abstineatis vos ab immolatis symulacrorum et sanguine suffocato et fornicatione, a quibus custodientes vos bene agetis* (Vulg., *Act.* 15,28–29).

8 Si ergo Iacobus in diocesi sua proferebat sententiam de

1 partem *om. G*
2 et *post* Deo *add. N*
3 et *post* Christo *add. N*

questionibus propositis, presente Petro, videtur quod non ab ipso recepit aliquam potestatem, sed a Deo.

Preterea [XLII] illi qui sunt pares in honore sunt pares in potestate; sed scribitur in Decretis di. XXI, c. *In Novo Testamento,* quod *ceteri apostoli cum eodem* Petro *pari consortio honorem et potestatem acceperunt* a Deo *ipsumque principem eorum esse voluerunt* (*Decr.* 1,21,2). 9

Ergo videtur quod omnes apostoli inmediate potestatem receperunt a Christo, non mediante Petro, et per consequens omnes episcopi videntur habere potestatem inmediate a Deo, non mediante papa. 10

Preterea [XLIII] maior est potestas spiritualis quam temporalis, sed potestas temporalis inmediate est a Deo, ut XXIII q. IIII *Quesitum,* ubi habetur quod imperium est inmediate a Deo et ibi transumptive de spirituali et temporali potestate loquens sic ait: *Meminerant enim potestates has* vindices *fuisse a Deo concessas* (Decr. 2,23,4,45), que habentur originaliter – Romanorum XIII (cf. Vulg., *Rm.* 13,4) –, *et propter vindictam noxiorum gladium fuisse* imperatori *permissum* (Decr. 2,23,4,45). 11

Ergo multo fortius videtur quod spiritualis potestas inmediate sit prelatis concessa a Deo, non mediante papa. 12

In contrarium [XLIV] est quia papa est caput ipsius ecclesie, qui representat personam Christi de quo dicitur – Ephesiorum .I. – quod *ipsum dedit caput super omnem ecclesiam que est corpus ipsius* (Vulg., *Eph.* 1,22–23), sed a capite debet derivari virtus in omnia menbra. 13

Ergo videtur quod pari ratione a summo pontifice debet derivari virtus et auctoritas in omnes prelatos et principes. 14

Preterea episcopi representant personas apostolorum, sicut summus pontifex representat personam Petri, Christi successoris. Sed dicitur di. LXXX c. II, in fine, quod 15

inter apostolos non fuit par institutio sed unus prefuit omnibus (*Decr.* 1,80,2) unitate perfectionis – Mathei c. XVI (cf. Vulg., *Mt.* 16,18–19), et XXII di. c. II (cf. *Decr.* 1,22,2), et dic ut ibi.

16 Ergo similiter summus pontifex debet omnibus prelatis preesse et ab eo in omnes alios spiritualis potestas debet derivari.

17 Preterea [XLV] quod concessum est uni singulariter non conceditur alteri, nisi mediante illo; sed potestas ligandi et solvendi singulariter data est Petro, sicut habetur Mathei c. XVI (cf. Vulg., *Mt.* 16,19), et transumptive scribitur in Decretis XXIIII q. I (cf. *Decr.* 2,24,1,5–6). Ipse est cui soli dictum est: *et tu aliquando conversus confirma fratres tuos* – Luce c. XXII (Vulg., *Lc.* 22,32). Ipse enim *constitutus est* super *gentes et regna, ut evellat et destruat et dissipet et hedificet et plantet* – Ieremie c. I (Vulg., *Ier.* 1,10).

18 Ergo videtur quod aliis prelatis sit concessa potestas, mediante ipso Petro cui Christus dixit: *Tibi dabo claves regni celorum* – Mathei c. XVI (Vulg., *Mt.* 16,19).

19 Preterea [XLVI] quoniam potestates sunt subordinate, quod una est sub alia, necessario oportet inferiora a superiori derivari. Sed dicitur II q. VII c. *Puto,* quod *apostolatus* Petri *cuilibet episcopatui preferendus* est (*Decr.* 2,2,7,35).

20 Ergo videtur quod omnis ecclesiastica potestas ab ipso ordinari debeat.

21 Preterea [XLVII] quod soli uni committitur dispensandum aliis non committitur, nisi per auctoritatem illius cui commictitur; sed dicitur di. XXII c. *Omnes,* quod *ecclesiam ipse solus* Christus *fundavit et super petram fidei mox nascentis erexit; qui*[1] *beato* Petro *eterne vite clavigero*

1 qui *correxi ex Decr.*: quam *codd.*

terreni simul et celestis imperii iura commisit (*Decr.* 1,22,1) – Mathei c. ultimo in fine (cf. Vulg., *Mt.* 16,18–19), et Iohannis c. ultimo, ibi: *pasce oves meas* (Vulg., *Io.* 21,17). Concordat Livius .I. Ab urbe condita c. XXIIII § *pontificem* (Liv. 1,20,5), cuius *scitis subiecta sunt omnia* (Liv. 1,20,6) divina pariter et humana.

22 Ergo videtur quod omnibus aliis prelatis potestas spiritualis concessa non sit, nisi per autoritatem Petri.

23 Responsio [XLVIII]: dicendum est quod ad solutionem huiusmodi questionis tria per ordinem declarabo; primo quidem narrabo dictum quorundam magistrorum; secundo per quem modum ipsi satisfaciunt huic quesito, et ostendam eorum dictum sanum et falsum intellectum posse habere; tertio adducam rationes et auctoritates probantes in prelatis ecclesie potestatem spiritualem non esse eis concessam,[1] nisi mediante auctoritate pape, successoris Petri; quarto propter solutionem argumentorum factorum in contrarium ostendam utramque potestatem spiritualem et temporalem in papa residere et in omnes alios clericos et laicos mediante ipso derivari.

24 Oppositum primum est intelligendum cum queritur utrum potestas sit prelatis inmediate concessa a Deo. Aliqui magistri ad questionem istam sic respondent: dicunt enim quod in prelatis ecclesie duplex potestas residet .s. ordinis quam equaliter habent esse in omnibus, in papa et episcopis, et hec inmediate est eis a Christo tributa, quod probant per illud quod habetur di. XXI c. *In Novo Testamento,* ubi dicitur quod *a Petro sacerdotalis incepit ordo, quia ipsi primo pontificatus in ecclesia datus est, dicente Domino: Tu es Petrus et super hanc petram hedificabo ecclesiam meam* (*Decr.* 1,21,2) – Mathei c. XVI (Vulg., *Mt.*

1 concessam *scripsi*: concessa *codd.*

16,18). *Ceteri* tamen *apostoli cum eodem* Petro *pari consortio honorem et*[1] *potestatem* ordinis[2] *acceperunt* a Christo (*Decr.* 1,21,2).

25 Sed in potestate iurisdictionis, ut dicunt, sunt duo consideranda [XLIX], videlicet iurisdictionis acceptio et iurisdictionis executio. Tunc dicunt quod omnes episcopi hanc ordinis acceptionem[3] acceperunt inmediate a Christo in persona apostolorum quorum vicem gerunt, non mediante aliquo, nisi mediante eorum sacramento consecrationis et electionis.

26 Nam Petrus hanc potestatem iurisdictionis recepit inmediate a Christo, non mediante alio, nisi mediante sacramento quo fuit electus ad apostolatum et in episcopum consecratus; differenter [L] tamen, ut dicunt, quia Petrus recepit hanc potestatem iurisdictionis ad regendum ecclesiam secundum statuta legis Dei in universo orbe, sed ceteri apostoli hanc iurisdictionis potestatem receperunt a Christo inmediate ad regendum ecclesiam secundum statuta legis divine in particularibus dyocesibus eis concessis.

27 Sed si loquimur de potestate iurisdictionis secundum executionem, tunc dicunt quod papa habet iurisdictionem limitandi aliis eorum potestatem et sibi reservandi, quotiens sibi visum fuerit.

28 Conclusio ergo istorum magistrorum stat in hoc quod tam potestas ordinis quam potestas iurisdictionis inmediate est a Christo omnibus prelatis concessa ad regendum ecclesiam secundum statuta legis divine, sed limitatio et executio potestatis iurisdictionis et gubernatio

1 honorem et *correxi ex Decr. (cf. Polist., 10,8,9)*: et honore *G*: *om. NO*

2 potestatem ordinis *post* Christo *praebet G*

3 acceptionem *G*: acceptationem *NO*

ecclesie secundum statuta edita a papa concessa est ipsis prelatis, mediante auctoritate ipsius pape qui potest statuta ordinare ligantia omnes in universo orbe. Alii autem prelati non possunt statuta facere, nisi in dyocesibus eis concessis.

29 Sed istorum magistrorum dictum superficialiter intelligendo falsitatem continere videtur; ne tamen laborem in equivoco, volo in presenti distinguere [LI] que sit potestas ordinis et que sit potestas iurisdictionis. Ad cuius intellectum est sciendum quod potestas ordinis est illa in qua inprimitur caracter vel perfectio caracteris. Nam cum sint septem ordines, in quolibet ordine inprimitur caracter; qui quidem caracter non est aliud quam quedam spiritualis potestas per quam ille qui ordinatur in aliquo ordine potest aliquid quod non potest ille qui non est in tali ordine ordinatus.

30 Unde Magister Quatuor Sententiarum diffiniens ordinem quantum ad caracterem et quantum ad talem potestatem que inprimitur in anima, sic ait quod *ordo est signaculum quoddam quo spiritualis potestas traditur ordinato* (Petr. Lomb., *Sent.* 4,24,13,1).

31 Potest tamen dici potestas ordinis non solum caracter qui, ut dictum est, inprimitur in quolibet ordine, verum etiam perfectio caracteris potest spiritualis potestas appellari; que non inprimitur, nisi in ordine episcopali, qui licet non sit ordo distinctus ab aliis septem, tamen est perfectio ordinum.

32 Unde episcopus potest omnes ordines conferre, quod[1] non potest simplex sacerdos, nam licet sit eadem potestas ordinis in sacerdote et episcopo, in sacerdote tamen est talis potestas modo inperfecto et modo parvo, sed in episcopo est modo excellenti et magno; unde de quolibet

1 quod *G*: quos *NO*

episcopo dicitur: Ecce *sacerdos magnus*[a]. Potestas ergo ordinis vel est caracteris inpressio vel caracteris perfectio.

33 Sed potestas iurisdictionis est illa per quam aliquis potest exequi vel executioni mandare primam potestatem, que est ordinis, in tali vel in tanta materia, secundum quod sua iurisdictio est magis vel minus universalis aut particularis. Et sunt iste due potestates distincte et separate in omni prelatione ecclesiastica, quamvis una ordinetur ad aliam, quia potest alicui conpetere potestas ordinis, cui non conpetit potestas iurisdictionis et e converso.

34 Nam simplici sacerdoti conpetit omnis potestas ordinis, quia supra ordinem sacerdotii non est aliqua potestas ordinis eo quod ordo presbyterorum tenet septimum locum. Non tamen sibi conpetit potestas iurisdictionis, si non sit sibi commissa cura animarum. Similiter potest alicui convenire[1] potestas iurisdictionis, cui non convenit potestas ordinis, ut si aliquis existens dyaconus vel subdyaconus fiat papa, facto papa, sibi convenit omnis potestas iurisdictionis papalis, cum non sit iurisdictio ea maior, non tamen sibi conpetit omnis potestas ordinis, nisi fiat sacerdos et episcopus.

35 Hoc viso, dico quod quantum ad potestatem iurisdictionis convenio cum dicto istorum magistrorum dicentium quod talis potestas ordinis est a Christo inmediate omnibus apostolis concessa; unde Iohannis c. XX scribitur quod Christus equaliter omnibus apostolis contulit hanc potestatem ordinis dicens: *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis* (Vulg., *Io.* 20,22–23).

36 Tunc enim equaliter ordinavit apostolos in sacerdotes et episcopos et inmediate contulit eis omnem potestatem

1 convenire *GO*: conpetere *N*

ordinis; unde verum est quod tali potestate ordinis omnes apostoli fuerunt equales Petro et per consequens tali potestate omnes episcopi equales sunt pape, nec talem potestatem ordinis potest auferre papa ab episcopis nec episcopi[1] a sacerdotibus, postquam eis collata est, quia caracteris inpressio in sacerdotibus et caracteris inpressio in episcopis est potestas ordinis, inseparabiliter connexa anime; unde si degradetur sacerdos vel deponatur episcopus, non propter hoc talis potestas ordinis in anima inpressa potest ab eis auferri, secundum doctrinam sanctorum doctorum;

propter quod quantum ad talem potestatem ordinis opinio supra dictorum magistrorum sanum intellectum habet, videlicet quod talis potestas inmediate a Christo omnibus prelatis concessa non potest ab eis auferri per summum pontificem, postquam eis collata est. 37

Sed si loquatur de potestate iurisdictionis, puto opinionem dictorum magistrorum veritatem non continere, quia talis potestas non est a Christo concessa apostolis, nisi mediante papa personam Petri presentante; unde Mathei .XVI.: cum Christus istam potestatem iurisdictionis beato Petro concessisset,[2] non fuit locutus in plurali sed in singulari, dicens soli Petro: *Tibi dabo claves regni celorum* (Vulg., *Mt.* 16,19), ac si aperte diceret: Quamvis omnibus apostolis dederim potestatem ordinis sicut tibi, potestatem tamen iurisdictionis do tibi soli per te omnibus aliis dispensandam et distribuendam; 38

unde istam potestatem iurisdictionis apostoli a Christo non habuerunt, nec quantum ad eius executionem nec quantum ad eius acceptionem,[3] nisi mediante Petro, et 39

1 episcopi G: episcopus *NO*
2 concessisset *G*: concessit *NO*
3 nec quantum ad eius acceptionem (acceptationem *N*) *om. G*

per consequens sicut prelatis ecclesie talem potestatem iurisdictionis confert et aliis ministris ecclesie, sic potest eis auferre casu interveniente et potest eos tali potestate privare,

40 et dato quod prelati ecclesie recipiant a papa solum potestatem iurisdictionis et executionem,[1] secundum quod opinio dictorum magistrorum videtur ponere, adhuc sequitur quod papa potest eos privare a ministratione et executione[2] spiritualium et temporalium, quibus privati tamen[3] possunt quantum possunt simplices sacerdotes et simplices religiosi quibus nulla cura animarum et nulla iurisdictio conpetit super aliquos;

41 propter quod nulli sub pretextu istorum[4] magistrorum vel quorumcumque aliorum[5] loquentium de ista materia debent dicere quod papa non potest a prelatis spiritualem potestatem auferre, quia numquam fuerunt aliqui istius opinionis quod prelati ecclesie sic reciperent potestatem a Christo, quin papa posset eos usu et executione dicte potestatis privare, quo usu privati tamen ipsi possunt quantum degradati et depositi ab ecclesia, quibus solum remanet caracter vel perfectio caracteris interior; qui[6] quidem caracter ab eis auferri non potest, postquam inprimitur in anima, sicut supra dictum est.

42 Postquam fideliter recitavi in quo dictum eorum habet

1 executionem *G*: executionis *NO*
2 et executione *om. G*
3 tamen *GN (cf. Polist., 10,8,41)*: tantum *O*
4 istorum *GO*: illorum *N*
5 aliorum *om. N*
6 {qui} *G*

veritatem et in quo non, volo nunc[1] rationes adducere probantes potestatem iurisdictionis non convenire prelatis, nisi mediante Petro. Quod quantum ad presens[2] quattuor rationibus probare possum; quarum prima sumitur ex parte Petri vel ex parte eius vicem gerentis; secunda ex parte unitatis ecclesie; tertia ex parte ipsorum prelatorum; et quarta ex parte potestatis iurisdictionis de qua agitur.

Prima ratio [LII] sic patet: nam dico quod beatus Petrus habuit quandam prerogativam super ceteros apostolos, quia fuit cephas .i. caput ipsorum, et per consequens papa habet hanc prerogativam super ceteros prelatos, ut cephas et caput illorum appellatur – Ephesiorum .I. (cf. Vulg., *Eph.* 1,22), et transumptive scribitur[3] XXII di. c. II, iuxta finem (cf. *Decr.* 1,22,2); unde papa idem sonat quod pater patrum. Sed hanc prerogativam non potest habere papa propter potestatem ordinis, quia in tali potestate omnes apostoli fuerunt equales Petro et omnes episcopi sunt equales pape. 43

Si ergo Petrus fuit caput apostolorum et papa est caput ipsorum prelatorum, oportet quod hoc eis conveniat propter potestatem iurisdictionis quam apostoli receperunt a Christo, mediante Petro, et prelati recipiunt a Christo, mediante papa. 44

Ratio tangitur per glosam Rabani super illo verbo Mathei c. XVI: *Tu es Petrus* (Vulg., *Mt.* 16,18) *qui regem celorum maiori pre ceteris devotione confessus es; merito pre ceteris ipse collatis* sibi *clavibus regni celestis dotatus est, ut* 45

1 nunc *om. G*
2 spectat *post* presens *add. N*] *post* rationibus *add. O*
3 {Ephesiorum ... scribitur} *G*
in Decretis *post* scribitur *add. NO*

constaret omnibus quia absque ea confessione et fide regnum celorum nullus potest intrare (Hraban., *Comm. in Matth.*, col. 992).

46 Secunda ratio [LIII] ostenditur sic: nam ecclesia ista militaris est una unitate capitis, quamvis sit multiplex multiplicitate menbrorum; unde Canticorum .VI. scribitur: *Una est columba mea, perfecta mea, una est matris sue electa, genitricis sue* (Vulg., *Ct.* 6,8) .s. ecclesie cuius mater et genitrix et pater et genitor est Deus. Hanc ecclesie unitatem Paulus apostolus docet et sacramentum unitatis ostendit – ad Phylippenses c. IIII dicens: *Unum corpus et unus spiritus* et *una spes vocationis, unus Deus* et *una fides, unum baptisma* sacramenti dignitate et *unus Deus* (*immo* Vulg., *Eph.* 4,4–6); quam unitatem tenere firmiter et vendicare debent singuli orthodoxi et presertim episcopi qui president in ecclesia sancta Dei – XXIIII q. c. *Loquitur Dominus* (*Decr.* 2,24,1,18), et Mathei c. XVI, dicens Petro: *Ego dico tibi quia tu es Petrus et super hanc petram hedificabo ecclesiam meam* (Vulg., *Mt.* 16,18), et cetera.

47 Sed si omnes apostoli recepissent potestatem iurisdictionis a Christo, non mediante papa, tunc quilibet apostolorum fuisset caput ecclesie per se singulariter et per consequens ecclesia non esset una, quod est contra auctoritatem superius allegatam – Canticorum .VI. (cf. Vulg., *Ct.* 6,8).

48 Et hanc rationem tangit glosa super illo verbo Mathei .XVI.: *Tibi dabo claves regni celorum* (Vulg., *Mt.* 16,19), ubi dicit quod ideo Christus spiritualiter claves et potestatem spiritualem Petro concessit, ut ad unitatem nos invitaret; et subdit: ideo enim principem apostolorum constituit, ut ecclesia unum principalem Christi vicarium haberet ad quem universa menbra ecclesie recurrerent, si forte inter se ad invicem dissentirent[b].

49 Concordat Magister Ystoriarum scolasticarum c.

De appellatione ad summum sacerdotem (Petr. Com., *Hist. Schol.,* col. 1253), quia si diversa capita in ecclesia essent, unitatis vinculum rumperetur. Quam glosam si vidissent et viderent multi, non dicerent in ecclesia Dei esse multa capita, unum in temporalibus et aliud in spiritualibus vel omnes prelatos in potestate spirituali habere rationem capitis, quod sequeretur si potestatem spiritualem quilibet prelatus reciperet a Christo, non mediante papa, et rex vel imperator potestatem temporalem reciperet[1] a Christo, papa non mediante.

Tertia ratio [LIV] sic declaratur: nam dico quod sic comparantur prelati ecclesie ad ipsum papam, sicut puer comparatur ad virum perfectum. Nam licet eadem virtus et eadem prelatio sit in puero, que est in ipso postmodum iam perfecto viro, aliquid tamen potest per dictam potestatem cum est perfectus vir, quod non poterat per eam quando erat puer, quia cum erat puer, non poterat generare per potentiam generativam nec alia opera facere que potest per dictam potentiam, cum est perfectus vir. 50

Sic dato quod eadem potestas spiritualis ut potestas ordinis sit in papa, episcopis et presbyteris, quia omnibus concessa est potestas ligandi et solvendi, que est potestas ordinis, in papa tamen est dicta potestas spiritualis et ordinis modo perfecto, quia potest episcopos et archiepiscopos generare et producere, quod non possunt simplices sacerdotes vel episcopi. 51

Et ista ratio arguit non solum quod potestas iurisdictionis sit in papa magis quam in aliis prelatis, verum etiam arguit quod potestas ordinis cum quadam plenitudine et cum quadam[2] perfectione est in papa, cum qua non est 52

1 reciperet *G*: reciperent *NO*
2 {plenitudine et cum quadam} *G*

in[1] aliis episcopis vel prelatis. Nam dico quod nomen archiepiscopatus et episcopatus est nomen potestatis iurisdictionis et potestatis ordinis.

53 In quantum ergo talia nomina inportant potestatem iurisdictionis, omnes prelati ecclesie recipiunt hanc potestatem a Christo, mediante papa; sed in quantum nomina predicta inportant potestatem ordinis, tunc omnes recipiunt istam[2] potestatem inmediate a Deo;[3] qui datur cum infusione Spiritus Sancti, quem non possunt dare ministri ecclesie nisi ministerialiter et instrumentaliter.

54 Et hic est casus quod prelati ecclesie non possunt privari tali potestate ordinis per ipsum papam, quia non recipiunt eam ab ipso nisi ministerialiter, nec presbyteri possunt privari tali potestate per episcopos, quia ab eis non recipiunt nisi instrumentaliter tantum. Possunt tamen episcopi privari executione dicte potestatis ordinis per ipsum papam et presbyteri per episcopos; et similiter omnes in universo orbe possunt privari potestate iurisdictionis et administrationis temporalium et spiritualium per ipsum papam, quia hanc potestatem omnes recipiunt ab ipso.

55 Ratio [LV] huius est quia non datur talis potestas iurisdictionis et administrationis per infusionem Spiritus Sancti, eo quod puris laycis non habentibus potestatem ordinis aliquando talis potestas iurisdictionis et administrationis convenire potest.

56 Unde sicut papa hanc potestatem confert omnibus, ita potest eam auferre casu interveniente; quod si reciperent istam potestatem iurisdictionis prelati ecclesie et imperatores inmediate a Christo, ut superior opinio ponebat,

1 in *NO*: cum *G*
2 istam *GO*: hanc *N*
3 .s. ordo *post* Deo *add.* *N*

certe tunc nec papa posset privare tali potestate episcopos nec archiepiscopos vel[1] presbyteros vel imperatorem aut reges, sicut nec potest[2] eos privare potestate ordinis qui inmediate confertur eis a Deo per infusionem Spiritus Sancti;

57 et ista ratio satis innuitur per glosam Rabani Mathei .XVI., ubi dicitur quod *quamvis potestas ligandi et solvendi soli Petro data* sit, tamen *data est a Domino ceteris apostolis.* Datur *etiam episcopis et presbyteris,* et subdit quod *ideo Petrus* spiritualiter[3] *claves regni celorum et principatum iudiciarie potestatis accepit, ut omnes per orbem intelligant* quia *quicumque ab unitate fidei vel sotietatis illius quolibet modo semetipsos segregant, tales nec vinculis peccatorum absolvi nec ianuam possunt regni celestis ingredi* (Hraban., *Comm. in Matth.,* col. 992).

58 Ex qua glosa expresse habetur quod, licet potestas ordinis absolvendi et ligandi a Christo omnibus apostolis sit concessa, iudiciariam tamen potestatem solus Petrus accepit nec alii apostoli talem potestatem receperunt, nisi mediante Petro, et per consequens nec episcopi et alii prelati ecclesie recipiunt istam potestatem, nisi mediante papa.

59 Quarta ratio [LVI] sic[4] ostenditur: nam dico cum Apostolo ad Romanos .XIII. quod *non est potestas nisi a Deo* sed, secundum eundem Apostolum, *que a Deo sunt, ordinata sunt* (Vulg., *Rm.* 13,1). Qui ergo dicunt potestatem ecclesie non recipere potestatem iurisdictionis a Christo, mediante papa, divine ordinationi resistunt et contradi-

1 vel *G*: aut *NO*
2 potest *scripsi*: posset *codd.*
3 spiritualiter *codd.*: specialiter *Hraban.*
4 declaratur et *post* sic *add. N*

cunt, quia in hoc consistit divina ordinatio, ut una creatura reducatur in Deum, mediante alia; unde Augustinus super illo verbo Genesis .I.: *Vidit Deus cunta que fecerat et erant valde bona* (Vulg., *Gn.* 1,31), dicit quod bona quidem omnia erant in se sed valde bona propter ordinem quem ad invicem retinent, in quantum una creatura rationalis reducitur in Deum, mediante alia, eo quod ipse *omnia posuit in numero, ordine et mensura* (Vulg., *Sap.* 11,21; cf. Aug., *Gen. c. Manich.,* col. 188–189);

60 et si dicatur quod omnibus apostolis Christus, sicut scribitur Marci ultimo: *Euntes in mundum universum predicate*[1] *evangelium omni creature* (Vulg., *Mc.* 16,15), quod videtur pertinere ad potestatem iurisdictionis, predicare .s. et sacramenta administrare, dico quod hoc presupponit Christus esse fiendum autoritate Petri[2] interveniente. Nam multa Christus dixit indifferenter omnibus apostolis, que tamen reliquid esse fienda Petri auctoritate interveniente, quem caput ipsorum instituerat post cenam, in qua Christus corpus suum discipulis dedit; quo tamen ordine postmodo[3] a fidelibus sumeretur, apostolis reservavit docendum, ut dicit glosa Augustini[c] prima ad Chorinthios .XI. super verbo illo: *accipite et manducate, hoc est corpus meum* (Vulg., I*Cor.* 11,24).

61 Postquam ostendi potestatem iurisdictionis prelatos ecclesie non recipere a Christo, nisi mediante papa, et quod papa potest ab eis istam potestatem auferre, quando vult, volo nunc ostendere propter solutionem argumentorum utramque potestatem, spiritualem et temporalem, in papa residere et ab ipso in omnes laycos et clericos derivari,

1 predicate *GO (Mc.)*: predicare misit *N*
2 Petri *NO*: Christi *G*
3 postmodo *G*: postmodum *NO*

quod quantum ad presens mihi occurrit, possum triplici ratione probare: primo ratione naturali, secundo ratione morali, tertio ratione divina et methaphysicali.

Prima ratio [LVII] talis est: nam video in natura rerum et ordine universi quod illud idem est causa et principium rei corporalis quod est principium et causa rei spiritualis. Nam sicut natura angelica est principium et causa ‹et›[1] motus celestis corporis, sic per consequens est motus et causa generationis omnium rerum corporalium hic inferius existentium, sed sicut ipsa eadem angelorum natura est[2] principium et causa gubernationis[3] et administrationis rerum spiritualium, ita et ipsa est motus et causa et principium omnium rerum et ipsorum hominum[4] corporalium qui miro ordine angelorum reguntur; 62

qui nullam habent repugnantiam ad agendum, cum sint puri spiritus, ex parte anime, cum anima nullam habeat repugnantiam ad recipiendum, cum sit summe disposita, secundum Aristotelem[d], nec ex parte corporis, quia corpus humanum necessario et directe recipit influentiam ab angelo tamquam a superiori et quia agens est prestantius patiente. Sequitur conclusio quod angelus agit in animam et in corpus et influit in eisdem tamquam agens primum; quod si angelus animam nostram non posset movere et in eam influere, sequeretur quod mundus non esset connexus et ad invicem colligatus, quod est falsum et inpossibile. 63

Ergo sic a simili papa verus Christi vicarius et succes- 64

1 et *supplevi*
2 {est} *G*
3 gubernationis *GN*: generationis *O*
4 hominum *NO*: rerum *G*

sor Petri est principium et causa omnium spiritualium et per consequens principium et causa debet esse omnium temporalium et corporalium. Ergo omnes hac ratione potestatem spiritualem et temporalem habentes a Romano pontifice recognoscere debent.

65 Contrarium autem facientes non ponunt unum principium nec unum Deum esse spiritualium et temporalium sed ponunt duo principia et duos deos, et per consequens incidunt in errorem Manicheorum ponentium duos deos et duo principia, unum[1] spiritualium et aliud[2] temporalium.[3]

66 Et ista ratio satis innuitur per Damascenum libro I c. V, ubi ait quomodo *a multis* diis *gubernabitur mundus et non dissolvetur* vel *non corrumpetur, pugna in gubernantibus considerata.* Nam *differentia* deorum et principiorum, ut dicit Damascenus, *contrarietatem inducit* (Io. Damasc.-Burg. Pis., *De fide orthodoxa* 5,4); contrarietas autem inducit corruptionem. Sic etiam a simili possum dicere quomodo gubernabitur ecclesia fidelium, si unum caput habet in spiritualibus et aliud in temporalibus, ymo dissolvetur et corrumpetur.

67 Secunda ratio **[LVIII]** sic ostenditur: nam sic est[4] in causis finalibus, sicut[5] suo modo est in causis efficientibus. Sed in causis efficientibus sic videtur quod secundum agens numquam potest aliquid agere, nisi in virtute primi agentis. Nam super eundem effectum efficatius operatur causa primaria quam secundaria, eo quod *omnis*

1 unum *NO*: unus *G*
2 aliud *NO*: alius *G*
3 temporalium *O*: corporalium *N*: spiritualium *G*
4 sic est *G*: sicut *N*: sicut est *O*
5 sicut *G*: sic *NO*

virtus[1] *primaria plus est influens supra suum causatum quam causa secundaria,* ut dicit prima propositio de causis (Ps. Arist.-Ger. Crem., *Liber de causis,* 1,1).

Sic ergo erit in ipsis finibus quod ille qui intendit sup- premum et primarium finem debet inperare ei qui intendit finem inferiorem et secundarium. Sic etiam videtur in artibus mechanicis quod ars domificativa que habet ipsam domum pro fine inperat arti inferiori que est[2] dolare ligna, et sic de omnibus aliis artibus. 68

Cum igitur potestas spiritualis pape habeat pro fine ipsum Deum modo supernaturali, ad quem nemo pervenire potest, nisi mediantibus donis spiritualibus quorum ipse est administrator et universalis dispensator, potestas vero temporalis imperatoris vel regis intendat et habeat pro fine ipsum bonum commune et bonum multitudinis naturale modo naturali, ad quod .s. bonum commune et naturale quilibet pervenire potest, mediantibus virtutibus, oportet quod papa habeat imperare imperatori et regibus ac aliis secularibus principibus, et eos habet dirigere et ordinare ac ab ipso eorum potestas debet derivari necnon eorum leges et statuta per ipsum papam debent confirmari nec[3] robur et firmitatem habent eorum leges, nisi postquam fuerint per ipsum papam approbate. 69

Quod ideo contingit quia easdem operationes quas principes seculares operantur per potestatem temporalem, easdem operatur papa efficatiori et nobiliori modo, cum ab ipso dictam potestatem temporalem recipiant, et 70

1 virtus *codd.*: causa *Ps. Arist.-Ger. Crem.*
2 est *G*: habet *NO*
3 {nec} *G*

unumquidque nobiliori et efficatiori modo[1] existit in sua causa primaria quam secundaria, ut prefertur;

71 unde ista de causa summus etiam pontifex meretur dici rex et sacerdos; nam dicitur rex propter potestatem regalem et temporalem et dicitur sacerdos propter potestatem spiritualem, iuxta illud quod dicitur .I. Petri, primo in persona[2] eius, secundo et[3] in persona aliorum prelatorum dicens: *Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis* (Vulg., I*Pt.* 2,9).

72 Tertia ratio [LIX] sic declaratur: nam dico quod rectum semper est iudex sui obliqui, ut scribitur primo De anima (Arist., *An.* 411a5–6); per illud enim quod est rectum habet cognosci et mensurari aliud non rectum, et potest per ipsum cognosci et regulari obliquum, in quantum derivatur a recto. Cum igitur potestas spiritualis residens in papa universaliter loquendo semper sit recta, et dico universaliter quia licet possit esse obliquitas in isto papa vel in alio eius successore propter infectionem appetitus, potestas et iurisdictio spiritualis de se semper recta est atque bona, quia inmediate est a Deo, qui[4] est ipsa regula rectitudinis – Romanorum c. XIII: et *que a Deo sunt,* recta *sunt* et *ordinata* (Vulg., *Rm.* 13,1); XI q. III c. *Qui resistit* (*Decr.* 2,11,3,97), et c. Cum sit[5] *Dominus,* cum sua liga (*Decr.* 2,11,3,93)[e] – per talem potestatem spiritualem debet institui potestas temporalis imperatoris, regum et principum et debet iudicari et regulari per ipsum papam, sicut obliquus iudicatur et regulatur per rectum.

1 modo *om. NO*
2 persona *O*: prima *GN*
3 et *om. NO*
4 qui *N*: que *GO*
5 Cum sit *codd.*: si *Decr.*

Nam planum est quod potestatem secularem contingit quandoque esse obliquam et ideo per potestatem spiritualem tanquam rectam existentem debet regulari et iudicari potestas ipsorum imperatoris, regum et principum. Non autem contingit econtra, quia sicut rectum numquam debet iudicari per obliquum, ita numquam potestas spiritualis debet iudicari et regulari per potestatem temporalem. 73

Et ista ratio satis innuitur per Apostolum .I. ad Corinthios .II., ubi ait quod *animalis homo* .i. temporalis homo, imperator, rex vel princeps per potestatem temporalem *non percipit ea que sunt spiritus Dei,* quia re vera per talem potestatem dona spiritualia consequi non possunt, sed *spiritualis* homo *iudicat omnia et ipse a nemine iudicatur* (Vulg., I*Cor.* 2,14–15). 74

Utraque ergo potestas, spiritualis et temporalis, residet in summo pontifice; unde Christus cuius personam papa representat dicit[1] – Mathei ultimo: *Data est michi omnis potestas in celo et in terra* (Vulg., *Mt.* 28,18). Sed potestas secularis vel temporalis residet in papa quantum ad auctoritatem et quantum ad executionem, quia committit[2] executionem talis potestatis secularis regibus et principibus secularibus, qui[3] debent esse organa et instrumenta eius in parendo mandatis ipsius in omnibus et exequendo potestatem temporalem ad requisitionem eius, «quando per se exequi non potest, ut notatur supra eodem c. VI (*Polist.* 10,6,28), et dic ut ibi.»[4] Et quantum ad talem executionem non est inconveniens quod papa aliqua recognoscat a re- 75

1 dicit *scripsi*: dicitur *G*: ut dicitur *NO*
2 talem *post* committit *add. N*
3 sunt et *post* qui *add. NO*
4 *add. NO*

gibus et secularibus principibus «–XXII q. VIII *Convenior* (*Decr.* 2,23,8,21), cum § prece[f]; et notatur plenius supra eodem libro III c. II § *quid autem Christus* solverit *Cesari tributum*, et cetera (*Polist.* 3,2,2).»[1]

76 Secundum ergo primariam institutionem et auctoritatem universalem utraque potestas in Romano pontifice residet et ab ipso tamquam ab uno capite universalis ecclesie in clericos et laycos debet derivari potestas et per consequens omnes predicta potestate[2] casu interveniente per Romanum pontificem possunt privari, quia sicut ab ipso potestas spiritualis et temporalis omnibus confertur, sic ab eis casu interveniente potest per eum auferri.

77 Si vero aliqui contrarium faciunt vel contrarium[3] dicunt, contra facientes de facto faciunt, non de iure, et contrarium dicentes in favorem principum et regum huius seculi dicunt ad placitum potius quam veritatem. *Firmum* tamen *fundamentum Dei* semper *stat* – .II. ad Thimotheum c. II[4] (Vulg., II*Tim.* 2,19) –, quia ecclesia Dei fundata est supra firmam petram .i. Christum; nam secundum Apostolum .II. ad Corinthios ultimo: *non possumus aliquid* contra *veritatem sed pro veritate* (Vulg., II*Cor.* 13,8).

78 Ex dictis[5] ergo apparere potest proposite questionis determinatio et argumentorum superius factorum solutio, de quibus refero gratias tibi, Christo, qui[6] es via ad terminum deducens veritatis[7] et falsitatem expellens et mortem

1 *add. NO*
2 potestate *G*: auctoritate *NO*
3 contrarium *G*: contra *NO*
4 {.II. ad Thimotheum c. II} *G*
5 dictis *GN*: predictis *O*
6 qui *GN*: quia *O*
7 veritatis *G*: ad veritatem *NO*

resurgendo destruens, qui cum Patre et Spiritu Sancto es unus Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

Protestor autem in fine istius opusculi quod in omnibus que secundum diversas materias in hoc tractaculo continentur parum de meo apposui, sed simpliciter sanctorum, decretorum, legum, prophetorum, ystoriographorum et poetarum dicta pariter et commenta veritate previa sum secutus, ut simplices et parvuli qui propter librorum defectum predictorum omnium veritatem, de quibus altius scriptura commemorat, investigare non possunt ad plenum, saltem invenire superficialiter valeant quod intendunt. 79

Simplicia sunt siquidem et rudia que excepi, utilia tamen mihi rudi et mei similibus eadem iudicavi et ideo suadeo simplicibus, presertim Romanis concivibus, ut hec rudia non contempnant, sed cum hec plenius intellexerint, ad investigandum maiore et doctiore industria[1] recurrere non obmittant. 80

Quorum prudentie hoc relinquo, ut[2] minus sufficienter dicta vel excepta karitative corrigant et emendent et si qua superaddere iudicaverint, secundum gratiam eis datam addant; et perducatur ipsorum solertia ad perfectum, ad ipsius honorem et gloriam qui est *Alpha et O* – Apocalypsis c. I (Vulg., *Apc.* 1,8) –, principium et finis omnium bonorum, qui est Deus sublimis et gloriosus, vivens et regnans in secula seculorum. Amen. 81

Quicumque huiusmodi opusculi et opificis titulum deleverit et sibi usurpare presumpserit, cum Anna et Caypha penas participet[3] infernales. Amen. 82

1 maiore et doctiore industria *scripsi*: maiorem et doctiorem industriam *codd.*

2 ut *NO*: et *G*

3 participet *GO*: percipiet *N*

CABALLINI AUCTORIS VERBA
CODICIS G MARGINI ADSCRIPTA

[I]	Verba Pauli ad Petrum
[II]	Verba Petri ad Paulum
[III]	Nota miraculum
[IV]	De oratione Romuli
[V]	Nota ex hac littera quod papa culpam contrahit habitando peregre extra urbem (urbem *correxi*: urbe *G*) Romam, ecclesie Romane perpetuam sedem, ut hic
[VI]	Comitium est locus ubi consules eliguntur
[VII]	Eugenium
[VIII]	De causa quare fuit templum Iani (Iani *correxi*: Ianum *G*) institutum
[IX]	De virginitate quid sit
[X]	Nota bene
[XI]	Nota et bene, pater sanctissime, infra scripta
[XII]	Nota
[XIII]	Nota quod in virtute sola fides consideratur, ut hic
[XIV]	Nota
[XV]	Nota
[XVI]	Nota quid sit cronica
[XVII]	De numero cesorum Iudeorum
[XVIII]	De causa quoniam Romani in ipsorum vexillis supra ipsorum signa preponunt signum crucis
[XIX]	Nota Romanorum caritatem
[XX]	Questio
[XXI]	Solutio
[XXII]	Nota lectisternia
[XXIII]	Similis concordia hominum fuit in Urbe propter pacem Ursinorum et Columpnensium
[XXIV]	Nota

[XXV]	De porta Frumentaria
[XXVI]	Nota, et bene
[XXVII]	Nota de vico Scelerato
[XXVIII]	De numero cesorum Romanorum per Syllam
[XXIX]	Nota
[XXX]	De causa transitus Gallorum in Italiam
[XXXI]	De porta Scelerata
[XXXII]	Nota de hasta
[XXXIII]	Nota Gallos religioni intentos, ut hic
[XXXIV]	Nota per quos Roma fuit divisa per vicos et regiones
[XXXV]	Bona ratio
[XXXVI]	Nota prudentiam Romuli
[XXXVII]	De oratione sacerdotis auguris
[XXXVIII]	Nota reges inungi ut hic ab ecclesia .i. papa Romano
[XXXIX]	Nota imperatorem esse defensorem pape, a quo gladium recipit
[XL]	Argumentum I
[XLI]	Argumentum II
[XLII]	Argumentum III
[XLIII]	Argumentum IIII
[XLIV]	Argumentum in contrarium I
[XLV]	Argumentum II
[XLVI]	Argumentum III
[XLVII]	Argumentum IIII
[XLVIII]	Responsio
[XLIX]	Nota distinctionem
[L]	Nota: differenter
[LI]	Nota distinctionem
[LII]	Ratio I
[LIII]	Ratio II
[LIV]	Ratio III
[LV]	Nota rationem bonam
[LVI]	Ratio IIII
[LVII]	Ratio prima naturalis
[LVIII]	Ratio secunda moralis
[LIX]	Ratio tertia divina et methaphisicalis

APPARATUS FONTIUM

PROLOGUS

(a) Val. Max. 1,PR.
(b) Veg., *Mil.* 1,4; 19; 26; 27.
(c) Oros., *Hist.* PR., 1; Paul. Diac., *Hist. Rom.,* PR.
(d) Val. Max. 1,PR.
(e) Greg. M., *Hom. in evang.* col. 1294.
(f) Petr. Lomb., *Sent.* PR.
(g) Veg., *Mil.* 4,PR.
(h) Cf. e.g. Martin. Pol., *Chron.* p. 407.

LIBER PRIMUS

1.(a) Hunc locum apud Eutropium necnon Paulum Diaconum et Landulphum Sagacem frustra quaesivi. An ex codice interpolato vel colophone quodam pio eum exscripsit Caballinus?
(b) Hieron., *Hebraic. nom.* p. 140.
(c) In bullis, privilegiis et diplomatis a Clemente papa IV promulgatis (quae in Bullario Romano Magno pervolvi) hunc locum non repperi. An ex alio Clemente eum hausit Caballinus?
(d) Haec epistula, pace editorum Bollandianorum, qui eam ineditam aestimaverunt, iam prius typis excusa erat. Cf. BHL 6671. Vide etiam Iac. de Vor., *Legenda aurea* 89 [pp. 374–376].
(e) *Hii ... consecrarunt*: locus iteratus in *Sexti Decretal.* 1,6,17.
3.(a) Liv. 5,54,7.
(b) Iac. de Vor., *Legenda aurea* 89 [p. 374].
(c) Liv. 5,55,2.
(d) Iac. de Vor., *Legenda aurea* 89 [p. 374].
(e) Cf. Euseb.-Hieron., *Chron.* p. 91a.
4.(a) De hoc miraculo, quod tamen Petrus Mallius in *Descriptione basilice Vaticane* non memoravit, vide quae disputavit Michele Maccarone, 1971, p. 29.
5.(a) De sede stercoraria et duabus sedibus porphyreis vide *Librum censuum,* 1, pp. 311–313.

(b) Cf. Iac. de Vor., *Legenda aurea* 44 [p. 178].
6. (a) Locus a Caballino Jeremiae tributus unde veniat me fugit; nescio an in commentariis vel glossis ad Jeremiam compositis sit quaerendus. Cf. tamen Vulg., *Ier.* 31,33.
(b) De sedibus porphyreis vide supra ad 5 a.
(c) Locus Hieronymo tributus!
(d) Alter versus est Hor., *Epist.* 1,16,52. De duobus versibus more proverbii iunctis (Walther, *Proverbia* 19717) vide Hor., *Epist.* 1,16,52 et *Polythecon* 1,207 (app. crit. ad locos).
(e) Hunc locum apud Aristotelem recognoscere nequivi.
8. (a) Cf. Sall., *Catil.* 1,7.
9. (a) Paragraphus perperam notata.
(b) De Solino et Sidonio a Caballino confusis vide Sabbadini, 2, 1914, p. 50, n. 36. Cf. *Polist.* 10,1,2.
11. (a) Caballinus litteras SPQR amplius in *Polist.* 4,14 interpretatus est. Litteras ROMA simili modo adnotatione ad Valerium Maximum composita explicavit: *Regalis sedes sacerdotii; Origo armorum et legum; Mater fidei et exemplorum; Amicorum et regum auxilium* (Vat. Lat. 1927, fol. 12r).

LIBER SECUNDUS
1. (a) Val. Max. 7,3,6.
(b) Val. Max. 7,3,6.
(c) Val. Max. 7,3,6.
3. (a) Caput perperam notatum.

LIBER TERTIUS
PR. (a) Hug., fol. 64v (cf. Isid., *Orig.* 10,98).
(b) Vulg., *Mt.* 11,7.
1. (a) Hildebertus, *Carm.* 36,1–2. Hic *τόπος* a plurimis auctoribus varie variatus etiam apud Magistrum Gregorium (*Mir.* 1) legitur. Caballinus fortasse pentametrum integrum ex aliquo fonte exscripsit. Post eum hoc apophthegma quasi iisdem verbis apud Franciscum Albertini (VZ, 4, p. 499) et Sebastianum Serlio (*Terzo libro*, in frontispicio) apparet.
(b) De hac Vegetii operis epitome, saeculo decimo tertio confecta Ciceronique tributa, lege quae dixit Petrarca (*Fam.* 24,4,13).
3. (a) Liv. 4,8,1; 3.

5.(a) Nescio an pro *Ionapara Iotapata*, urbs a Iosepho historico munita et defensa, a Vespasiano imperatore vero expugnata, legenda sit; de qua vide Flavium Iosephum, *Bell. Iud.* 3,141–288 et 3,316–338, necnon Hegesippum, 3,9–15. Caballinus vero his verbis alium locum, scilicet *Bell. Iud.* 3,399–408, mutuatus esse videtur, ubi tamen de Anastasio (imperatore?: cf. *Polist.* 3,5,4) mentio non fit.
(b) Euseb.-Rufin., *Hist. eccl.* 3,7,2–3. Cf. Ioann. Saresb., *Policr.* 2,7 [pp. 81–82].
7.(a) Iac. de Vor., ***Legenda aurea*** 67 [pp. 299–300].
(b) Caballinus haec fortasse apud Ioannem Saresberiensem (*Policr.* 2,6 [pp. 79–81]) vel Vincentium Bellovacensem (*Speculum historiale* 9,5 [pp. 370–371]) legit.
9.(a) Hieron., *Hebraic. nom.* p. 148.
(b) De ordine canonico Sancti Pauli epistulae *ad Romanos* scriptae vide Hieronymi *prologum in epistulis Pauli apostoli* (Vulg., *Rm.* PR.).
(c) Cf. Plin., *Nat.* 3,40; Isid., *Orig.* 9,4,42.
(d) Hunc locum apud Hieronymum non repperi.
(e) Textus traditur apud Ioann. Saresb., *Policr.* 5,2 [pp. 282–283].
10.(a) Cf. e. g. Hieron., *Epist.* 84,6.
(b) Paragraphus perperam notata. Haud scio an Caballinus dictum Gratiani, quod *Alii* incipit (Decr., *De poen.* 1, p.c. 37) laudare voluerit.
(c) Hieron., *Epist.* 140,4,1, quem locum exscripserunt Isidorus (*Orig.* 1,5,3) et plurimi alii auctores; apud ipsum Bernardum lege *Sent.* 3,101 [p. 169].
(d) Hunc locum Augustini frustra quaesivi.
(e) Isid., *Orig.* 11,1,41.
11.(a) Pro *Anselmo* legendus est *Ambrosius.*
(b) Nescio an Caballinus hanc etymologiam, ut plurimas alias, proprio Marte excuderit.
12.(a) Ultima verba ex Ovidio (*Pont.* 1,2,121–122) excerpsit Helinandus.
(b) Hic locus etiam apud Ioannem Saresberiensem (*Policr.* 4,8 [pp. 262–264]) legitur, ubi partim nescio cuidam Lucio tributus est.
(c) Locum ex Chrysostomo exscriptum adhuc non repperi.

LIBER QUARTUS

3.(a) Quem auctorem Ricardus Viterbiensis celet plane ignoro. Apud Gotifredum Viterbiensem et Ricardum Victoriensem verba a Caballino laudata non legi. Vide codicis Vaticani Latini 1927 fol. 95r, ubi Caballinus locum ex *cronica Petri Viterbiensis que dicitur Pantheon,* exscripsit; quae cronica non Gotifredi *Pantheon* esse videtur. Cf. Pellegrin, 1991, p. 488, n. 1.

(b) Caballinus Heraclii legendam apud Honorium Augustodunensem (*Speculum ecclesiae* col. 1004–1006 [*De exaltatione crucis*]) vel Iacobum de Voragine (*Legenda aurea* 137,1 [pp. 605–608]) legere potuit. In ambobus operibus sequitur historia, quam infra (*Polist.* 4,10) narrabit.

5.(a) Iac. de Vor., *Legenda aurea,* 137,1 [p. 607]. Cf. *Missale Romanum, Proprium de Sanctis, 3 Maii (In inventione sanctae Crucis),* necnon *14 Septembris (In exaltatione sanctae Crucis).*

(b) Cf. Petr. Lomb., *Sent.* 4,16,1.

7.(a) Iac. de Vor., *Legenda aurea* 2,8 [pp. 17–18]; locus descriptus ex *Passione Andreae,* 10 [pp. 24–26].

8.(a) Iac. de Vor., *Legenda aurea* 137,PR. [p. 605].

(b) Iac. de Vor., *Legenda aurea* 137,PR. [p. 605].

(c) Iac. de Vor., *Legenda aurea* 137,PR. [p. 605].

(d) Iac. de Vor., *Legenda aurea* 137,PR. [p. 605].

(e) Iac. de Vor., *Legenda aurea* 137,PR. [p. 605].

(f) Cf. Iac. de Vor., *Legenda aurea* 137,PR. [p. 605].

9.(a) Iac. de Vor., *Legenda aurea* 137,1 [p. 607].

10.(a) Haec historia etiam ab Honorio Augustodunensi (*Speculum ecclesiae* col. 1003 [*De exaltatione crucis*]) et Iacobo de Voragine (*Legenda aurea* 137,5 [pp. 609–611]) narratur.

11.(a) Aug., *Rect.* col. 1175.

(b) Liv. 1,28,6.

(c) Caballinum narrationem de victoria Constantini ad verbum alicunde exscripsisse suspicor nec tamen fontem reperire potui.

12.(a) Albericus, *Alleg. poet.* fol. VIr.

13.(a) Hos locos, quibus ad Romam et Christum sermo est versus, alicunde exscriptos esse suspicor sed tamen frustra quaesivi.

15.(a) Hunc locum apud Ciceronem reperire nequivi.

17.(a) In legendae Silvestri textibus publici iuris factis hunc locum non legi.

LIBER QUINTUS
1.(a) Isid., *Orig.* 18,59.
3.(a) Ioann. Balb., *Cath.* s. v. *Luperci.*
5.(a) Liv. 3,7,7.
7.(a) Isid., *Orig.* 18,27,3.
(b) Cf. *Mirabilia* (VZ, 3, pp. 58–59). De Constantino mentio fit in *Graphia*, 34 (VZ, 3, p. 91; locus exscriptus ex Paulo Diacono), sed non in *Mirabilibus. Miracole* vulgo conscriptae hanc Constantini legendam amplificaverunt (VZ, 3, p. 123), ex quibus eam hausit Anonymus Magliabechianus (VZ, 4, pp. 132–133).
(c) De hoc lapide vide quae disputavit Re, 1882, pp. 101–102.
8.(a) Caballinum Pomptinam paludem et Gallinariam silvam ex Iuv. 3,307 rettulisse veri simile est.

LIBER SEXTUS
1.(a) Veg., *Mil.* 4,1.
(b) Cf. fortasse Serv., *Aen.* 1,6 vel Isid., *Orig.* 15,2,3.
2.(a) Caballinus hunc Hugutionis locum, ut saepe, haud ad rem laudavisse videtur.
(b) Cf. Isid., *Orig.* 15,2,3–4; 17–21, quamvis Caballinum alium fontem exscripsisse suspicer.
7.(a) Veg., *Mil.* 4,1.
8.(a) Cf. Plin., *Nat.* 11,264.
(b) Hieron., *Hebraic. nom.* p. 148.
(c) *Graphia* 1 (VZ, 3, p. 77).
9.(a) Cf. *Graphiam* 2 (VZ, 3, p. 78). Iustinus in vanum affertur.
10.(a) Cf. *Graphiam* 3 (VZ, 3, p. 78). Petrus Diaconus Noah et Nimrod ex versione Latina Flavii Josephi *Antiquitatum Iudaicarum* cognovit inque *Historia Romana* memoravit. Vide Bloch, 1984, pp. 80–82.
11.(a) *Graphia* 4 (VZ, 3, p. 78).
(b) Ioann. Balb., *Cath.* s. v. *Italiae.*
(c) Cf. Isid., *Orig.* 9,2,85.
13.(a) De Fauno in *Graphia* non fit mentio. Caballinus de eo apud Iustinum (43,1) et Lactantium (*Inst.* 1,22) legere potuit. Quem vero fontem de Aurelia eiusque ara exscripserit plane ignoro.
14.(a) Cf. *Graphiam* 7 (VZ, 3, p. 79).
(b) Cf. Pomponii Laeti commentarios (VZ, 4, p. 436).

(c) Caballinus Palladem deam et Pallantem, Evandri filium (de quo legit apud Servium [*Aen.* 8,51]), confudit.
(d) Cf. Mythogr. Vat. 3,10,7 (ex Fulg., *Myth.* p. 76).
15.(a) *Graphia* 5 (VZ, 3, p. 78). Valentia, antiquum urbis Romae nomen, apud Servium (*Aen.* 1,273) et Solinum (1,1) memoratur.
16.(a) Cf. Anonymum Magliabechianum, qui *templum Veneris* (ex *Mirabilibus*: VZ, 3, p. 60) et *domum Octaviani* in loco S. Petri ad Vincula olim sitam memoravit (VZ, 4, p. 148) necnon de *palatio Caesaris ... iuxta Carinas, quae la Carnara dicuntur vulgariter* mentionem fecit (VZ, 4, p. 126).
17.(a) *Graphia* 10 (VZ, 3, p. 79).
19.(a) *Graphia* 11 (VZ, 3, p. 79).
21.(a) Isid., *Orig.* 15,1,2.
26.(a) Cf. Verg., *Aen.* 7,47.
(b) *Graphia* 3 (VZ, 3, p. 78). Hic locus *Graphiam* redolet totus.
(c) Cf. Iac. de Vor., *Legenda aurea* 69 [p. 311], ubi tamen de carcere nulla fit mentio.
28.(a) De Campania nonnumquam mentionem fecit Livius; medii aevi provinciam Maritimam tamen cognovisse non potuit.
(b) Cf. *Graphiam* 17 (VZ, 3, pp. 81–82, cum n. 5). De hac etymologia vide etiam Clementi, 1937, p. 232.
29.(a) Ioann. Balb., *Cath.* s. v. *vatis.*
(b) Hug., fol. 52v: *Hee esquilie, arum: vicus Rome, ubi erat sepultura publica; unde Iuvenalis: Esquilias dictumque petunt a vimine collem* (3,71). *Qui locus Hebraice dicitur carnarium, et dicitur ille locus Esquilie quia esce alituum quia ibi aves comedebant hominum cadavera, unde quidam mons vicinus dictus est Esquilinus.*
31.(a) Papias, *Elem.* s. v. *flaminis*; cf. Isid., *Orig.* 7,12,18–19.
33.(a) Cf. Ioann. Balb., *Cath.* s. v. *pinnae.*
34.(a) Vide etiam Serv., *Aen.* 1,292 (cf. *Aen.* 6,859). Confer quae de Marte exposuit Albericus, *Alleg. poet.*, fol. XLIIv–XLIIIr (ubi Remigius laudatur).
(b) Isid., *Orig.* 8,11,51–52.
(c) Isid., *Orig.* 8,11,52.
(d) Liv. 1,11,7.
35.(a) Hunc Valerii Maximi locum falso interpretatus est Caballinus.
(b) Horum verborum alia testimonia significaverunt Valentini-Zucchetti (VZ, 4, pp. 36–37, n. 2), auctore Reinhardo Elze. In

coronationis ordinibus, qui ab ipso Elze (*Ordines*, 1960) publici iuris facti sunt, hunc locum non repperi. *Digestorum* locus, ut per totam *Polistoriam* saepissime accidit, in vanum a Caballino allatus est. Eodem fere tempore quo Caballinus haec scripsit coronationis formulam illam sollemniter memoravisse videtur Nicolaus Laurentii (Cola di Rienzo vulgo dictus). Vide quae dixerunt Papencordt, 1844, p. 130; Burdach-Piur, 1929, pp. 232–233; Hetherington, 1994, p. 26.
36. (a) Caballinum hunc locum alio ex auctore excerpsisse ac perperam Macrobio tribuisse opinor.
37. (a) Cf. Isid., *Orig.* 9,3,36–37.
38. (a) An Caballinus codicem Hieronymi interpolatum vel glossatum in manibus habuit?
40. (a) Serv., *Aen.* 8,336–337. Ad Varronis mentionem confer Serv., *Aen.* 8,51. De Urbano, qui undecies, sed, pace Caballini, numquam ad Carmentam vel portam Carmentalem apud Servium memoratur, vide Strzelecki, 1961.
41. (a) Liv. 5,54,4.
(b) Isid., *Orig.* 20,12,1.

LIBER SEPTIMUS

PR. (a) Caballinus *Graphiam*, quam supra (*Polist.* 6,20,3) memoravit, significare videtur.
(b) Hugutio *monimen*, sed non *munimen*, ex *monendo* deduxit.
1. (a) Prud., *Perist.* 10,413 (cf. Plut., *Mor.* 280D: *Ῥώμην ἑπτάλοφον*). Cf. *Polist.* 8,PR,1.
(b) *Graphia* 2 (VZ, 3, p. 78). Hic locus *Graphiam* redolet totus.
(c) Cf. *Mirabilia* (VZ, 3, pp. 43–44).
2. (a) *Graphia* 7 (VZ, 3, p. 79).
(b) Iust. 43,1,6. Hoc loco Caballinus *Graphiam* cum *Graphiae* fonte (puta Iust. 43,1) coniunxit. Verba non ex Liv. 1,5,1–2 descripsisse videtur.
3. (a) Caballinus Nimrod ex *Graphia* 3 (VZ, 3, p. 78) Iustini loco (43,1,5) addidit.
(b) Isid., *Orig.* 15,2,31.
(c) Saturnus crebro *Recognitionum* libro decimo memoratur, non tamen Terminus.
4. (a) *Graphia* 11 (VZ, 3, p. 79). Pro *mausoleo*, apud Valentini-

Zucchetti (4, p. 42) et Schramm (1969, p. 321) scripto, lege *manseolum* (cf. editionis Schramm apparatum criticum).
(b) Cf. Serv., *Aen.* 7,657.
(c) Isid., *Orig.* 8,9,19.
(d) Papias nihil nisi augurium ab ave dictum esse refert. Augurii etymologia ex Isidoro descripta esse videtur.
(e) In Isidori capite *De montibus ceterisque terrae vocabulis* (*Orig.* 14,8) de Aventino non fit mentio. Haud scio an Caballinus Acrocerauniorum descriptionem (*fulminum iactus*: *Orig.* 14,8,6) meminerit.
5. (a) Livius in vanum allatus est.
(b) Quamquam in *Recognitionibus* nonnulli homines ut di culti memorantur (cf. ed. Strecker, 1986, s. v. *colo*), Quirinus ad hoc propositum numquam laudatur. Nescio an Caballino *Rec.* 10,25,2 in mentem venerit.
6. (a) Caballinus sine dubio Hugutionis fontem, puta Isidorum (*Orig.* 12,7,3 et 77), legit.
(b) Plin., *Nat.* 34,16.
(c) Caballinus apud Hieronymum de Marii consulis victoria et triumpho tantum legere potuit.
(d) Caballinus locum classicum quo Gregorius Magnus antiquorum monumentorum eversor proponitur ex Martino Polono exscripsit atque ad Marii consulis tropaea accommodavit. Cf. Buddensieg, 1965, pp. 47 et 51–52.
(e) Ioann. Balb., *Cath.* s. v. *palmae.*
(f) Cf. Librum Pontificalem, 1, p. 376, cum n. 43.

LIBER OCTAVUS
PR. (a) Cf. *Polist.* 7,1,1. Roma civitas septicollis exprimitur apud Frutaz, 1962, tab. 13, form. IV. Vide etiam quae de hoc loco disputavit Onofri, 1985, p. 29.
1. (a) Livius *Quirites* sed non *Quirinalem* a Curibus deduxit.
(b) Ad regionis insigne vide Pietrangeli, 1953, pp. 185–186. Fontes vero ab eo memorati, pace Caballini, nihil nisi virides colles exprimunt.
(c) Hunc hexametrum unde Caballinus deprompserit frustra quaesivi.
(d) Isid., *Orig.* 14,8,1.

(e) Cf. *Graphiam* 17 (VZ, 3, p. 81: *Palatium magnum monarchiae orbis*); Serv., *Aen.* 8,636 (Consus ut *deus consiliorum*).
2. (a) Ioann. Saresb., *Policr.* 4,2 [p. 239]. Vide etiam Ioann. Balb., *Cath.* s. v. *lictoris.*
(b) Horum verborum fons me fugit.
(c) Ad regionis insigne vide Pietrangeli, 1953, p. 186.
(d) Ovid., *Her.* 2,85.
3. (a) Papias, *Elem.* s.v. *columis.*
(b) Ioann. Balb., *Cath.* s. v. *statuae.*
(c) Plin., *Nat.* 34,16.
(d) Ioann. Balb., *Cath.* s. v. *columnae.* Cf. etiam Albericum, *Alleg. poet.* fol. XXIIIr: *sicut mortuis nobilibus columne ad significandum eorum columen superponuntur.*
(e) Ovid., *Her.* 2,85.
(f) Vide Du Cange, vol. 6, s. v. *pannus* 2 *(penne de vario),* laudatum a Valentini-Zucchetti (4, p. 47, n. 2).
(g) Ad regionis insigne vide Pietrangeli, 1953, p. 186.
4 (a) Cf. *Polist.* 6,34,2.
(b) Isid., *Orig.* 3,71,2.
(c) Ad regionis insigne vide Pietrangeli, 1953, p. 186.
(d) Caballinusne aliquo loco Martem cum Luna coniunctum legerit plane ignoro. An ei venit Martis ex Iunone (Lucina) ortus in mentem (Ov., *Fast.* 5,229–258; Vat. Mythogr. 3,11,10)? Fortasse variabilitatem tantum Marti et lunae communem enuntiare voluit.
(e) Serv., *Aen.* 2,335.
(f) Malespina, *Sic.*, col. 787 (ubi vero formarum geminarum altera Gebellia, altera Guelfa dicta est).
5. (a) Ad regionis insigne vide Pietrangeli, 1953, pp. 187–188. Fons vero omnium a Pietrangeli adductorum antiquissimus, s. XV pictus, Tiberis undas a Caballino memoratas non exhibet.
(b) Hanc glossam, quam Caballinum in aliquo corpore vaticiniorum Joachim Florensi attributorum legisse suspicor, adhuc reperire non potui.
(c) In editionibus operis Eutropii et legendae Beati Damasi nihil de Urso legi. De Ursino quodam diacono, Damasi adversario, mentio fit apud Eusebium (*Hist. eccl.* 11,10) necnon in Libro Pontificali (1, p. 212). Fortasse Caballino etiam legendae S. Ni-

colai (cf. Iac. de Vor., *Legenda aurea* 3 [pp. 25–26]) venit in mentem.
(d) Hunc locum in Senecae (necnon Publilii Syri) *Proverbiorum* editionibus frustra quaesivi. Caballinum eum ex recensione quadam aucta descripsisse probabile mihi videtur.
6. (a) Ad regionis insigne vide Pietrangeli, 1953, p. 188. Fontes a Pietrangeli memorati grypum rubrum in campo albo situm exprimunt ad unum omnes. Codicis G varia lectio errori vel Caballini vel librarii imputanda videtur.
7. (a) Ad regionis insigne vide Pietrangeli, 1953, pp. 188–189. Eius vero fontes non cervi caput sed totum cervum (in campo caeruleo situm) exhibent omnes.
8. (a) Iac. de Vor., *Legenda aurea* 161 [pp. 712–713]; cf. AA. SS., *Sept.*, tom. 6, pp. 124–126.
(b) Ad regionis insigne vide Pietrangeli, 1953, pp. 189–190. Cornua tantum, una cum imagine Christi, depingi solent, raro caput totum, et numquam animal totum. Caballinus insignia regionum Regulae et Sancti Eustachii confudisse videtur.
9. (a) Cf. *Mirabilia* (VZ, 3, pp. 44–45), parum recte exscripta.
(b) Ad regionis insigne vide Pietrangeli, 1953, p. 190.
10. (a) Ad regionis insigne vide Pietrangeli, 1953, p. 190. Ad legendam quam insigne illud significat quamque Caballinus tamen praeteriit, puta draconem qui speluncam prope Capitolium sitam habitavit atque a Silvestro papa I occisus est (vide e. g. *Mirabilia*: VZ, 3, p. 56), cf. Cecchelli, 1938, pp. 157–173, necnon 1944, p. 213.
(b) Cf. *Mirabilia* (VZ, 3, pp. 54–57); cf. insuper Liv. 1,12,6 *(templum Statoris)*. Ad imperatoris Traiani ossa sub columna sepulta cf. Euseb.-Hier., *Chron.* p. 197.
11. (a) Papias, *Elem.* s. v. *severi* (cf. Isid., *Orig.* 10,250).
(b) Cf. *Mirabilia* (VZ, 3, p. 63, cum n. 3: *templum Severianum, ubi est Sanctus Angelus*); *Miracole* vulgo conscriptas (VZ, 3, p. 125, cum n. 4: *templum Severianum et porticus*); Anonymum Magliabechianum (VZ, 4, p. 149), qui fortasse bibliothecas ibi constitutas cognovit.
(c) Ad regionis insigne vide Pietrangeli, 1953, p. 190. Imago Michaelis archangeli inde ab s. XVI nonnumquam piscis effigiei addita est.
12. (a) Ad regionis insigne vide Pietrangeli, 1953, p. 190. Eius

vero fontes unam tantum rotam (in campo rubro sitam) exhibent omnes.
13.(a) Ad regionis insigne vide Pietrangeli, 1953, p. 190.
(b) *Graphia* 2 (VZ, 3, p. 78). Totus hic locus *Graphiam* redolet.
(c) Ratio inter Transtiberim et Ravennam intercedens ex eo colligitur quod in regione Transtiberim collocata erant castra Ravennatium, una cum castris Misenatium et militiis urbanis in regionariis antiquis (VZ, 1, pp. 163 et 188) memorata. Cf. Jordan-Huelsen, 1, 3, 1907, p. 647. Haec castra per medium aevum Romae nonnulla vestigia reliquerunt. De regione Urberavennantium mentio fit in Libro Pontificali (1, p. 141, cum n. 2); de ecclesia, s. XVI diruta, di S. Stefano Rapignani quae vulgo dicitur, vide Huelsen, 1927, pp. 483 et 603; Gigli, 1980, pp. 164–166; in *Mirabilibus* (VZ, 3, p. 26) templum Ravennatium invenitur, cui postea ecclesia di S. Maria in Trastevere vulgo dicta est superposita. Vide Huelsen, 1928.

LIBER NONUS
1.(a) Ioann. Balb., *Cath.* s. v. *apparitoris.*
(b) Caballinus populorum nomina ex *Graphia* 12 (VZ, 3, p. 79) exscripsit, mutans quaedam cum quibusdam aliis (puta Fidenatibus, Vegentibus, Crustumis), quae apud Livium vel etiam Paulum Diaconum (*Hist. Rom.* 1,2 et 4: descripta ex Eutr. 1,2,2) legere potuit; Polenses cum Petri Diaconi Politanensibus (cf. Liv. 1,33,1; vide VZ, 3, p. 79, n. 9) conferendi sunt; Celentes ex Telenensibus (cf. Liv. 1,33,2; vide VZ, 3, p. 79, n. 9) corrupti esse videntur.
2.(a) De Roma quadripartita apud Isidorum (*Orig.* 15,1) nihil legi.
(b) De divisionis urbis testimoniis antiquis vide *Fontes*, 1, pp. 73–91; quorum Caballinus paucissimos tantum cognoscere potuit. De hoc capitulo vide etiam quae dixit Jacks, 1993, pp. 66–67.
3.(a) De leone urbis Romae symbolo vide imprimis Miglio, 1981, pp. 323–326, necnon 1982, pp. 178–179. De urbe Roma ad similitudinem leonis expressa vide Frutaz, 1962, vol. 1 (*Testo*), pp. 45–46; Miglio, 1981, p. 325.
(b) Haec verba de leone dicta apud Ptolemaeum non legi. An Caballinus Isidori locum (*Orig.* 1,40,4) proprio Marte variavit?

(c) Disticha edita commentarioque instructa a Pascal, 1907, pp. 73–78; vide etiam Bertalot, 1921, pp. 15–16, n. 28. Verba supra aditum ecclesiae Sanctae Mariae Transtiberim incisa margini codicis cuiusdam *Mirabilium* manu s. XIII sunt adscripta.
(d) Cf. *Polist.* 3,1,4.

LIBER DECIMUS
1. (a) De Solino et Sidonio a Caballino confusis vide Sabbadini, 2, 1914, p. 50, n. 36. Cf. *Polist.* 1,10,15.
(b) Hunc locum in legendae Beati Georgii editionibus frustra quaesivi.
(c) Liv. 5,54,4.
(d) Liv. 5,54,4.
(e) Hunc locum neque in *Centiloquio* Ptolemaei (neque in *Centiloquio* Hermetis neque in *Centiloquio* Bethem) neque in alio Ptolemaei opere repperi.
(f) Sol. 2,2.
2. (a) Verba laudata in loco allato non leguntur.
3. (a) Isid., *Orig.* 9,2,105.
(b) Val. Max. 6,2,3.
(c) Caballinus hanc laudem Italiae atque Italorum quasi iisdem verbis in Vat. Lat. 1927 (fol. 55v) margine exaravit.
5. (a) *Historia Frisingensis*, laudata apud Graf, 1923, p. 704.
(b) Apud Ioannem Saresberiensem nullum locum legi, qui cum verbis allatis cohaerere videatur.
(c) De corona argentea vide quae infra dicam ad *Polist.* 10,6,19.
6. (a) Veg., *Mil.* 2,5.
(b) Veg., *Mil.* 2,5.
(c) Ioann. Saresb., *Policr.* 6,26 [p. 80].
(d) De opere cui titulus *De re militari* vide quae supra dixi ad *Polist.* 3,1,7.
(e) Ioann. Saresb., *Policr.* 6,26 [p. 80].
(f) De opere cui titulus *De re militari* vide quae supra dixi ad *Polist.* 3,1,7.
(g) De tribus coronis, a Iacobo de Voragine (*Chron. Jan.* 2, pp. 322–323) inter alios memoratis, vide quae disputavit Elze apud Schramm, 1954–1956, 2, pp. 464–479.
(h) Cum his verbis conferenda est interpretatio legis regiae (CIL VI, 1, 930), quae Nicolaus Laurentii (Cola di Rienzo vulgo dic-

tus) anno 1346 sollemniter pronuntiavit. Vide quae dixit Anonymus Romanus (cui nuper nomen dedit Billanovich, 1995!), Nicolao contemporaneus, apud Duprè Theseider, 1942, pp. 312–313. Vide etiam inter alios Duprè Theseider, 1952, pp. 537–539, cum tab. XXV; Maire Vigueur, 1982, pp. 664–665.
(i) Cf. *Polist.* 1,6,1.
(j) Isid., *Orig.* 7,8,8.
(k) Pro *De electione* legendum esse videtur *De maioritate et obedientia.*
(l) Cf. Innocentium papam III, *Epist.* 401.
(m) Hanc glossam in commentariis biblicis frustra quaesivi. An ipse Caballinus eam composuit?
(n) Cf. Ioann. Saresb., *Policr.* 4,1 [p. 236].
7. (a) Cf. *Polist.*, PR,9.
(b) Cf. *Cod. Iust.*, *De cod. confirm.*, PR.
(c) Cf. *Polist.* 1,8,5.
8. (a) Vulg., *Za.* 3,1; 8.
(b) Ubinam Caballinus hanc glossam legerit nescio.
(c) Quem locum Augustini Caballinus laudaverit non mihi liquet.
(d) Haec verba apud Aristotelem frustra quaesivi.
(e) Nullus *Decreti* canon verbis *Cum sit Dominus* incipit. Fortasse canonem 93, qui ad rem attinet, memorare voluit Caballinus.
(f) Paragraphum *prece* in hoc canone non repperi. An e glossa aliqua est deprompta?

INDEX LOCORUM QUOS CABALLINUS ATTULIT*

* Locis quos Caballinus non verbatim laudavit asteriscum affixi.

INDEX AUCTORUM E QUIBUS CABALLINUS LOCOS TACITE MUTUATUS EST

INDEX NOMINUM*

* Quod ad rem topographicam attinet, lector ad indicem topographicum refertur.

INDEX RERUM DIGNITATUM NOTABILIUM

INDEX VOCABULORUM VULGARIUM*

* Quod ad rem topographicam attinet, lector ad indicem topographicum refertur.

INDEX GEOGRAPHICUS

INDEX URBIS ROMAE TOPOGRAPHICUS BREVIBUS ADNOTATIONIBUS INSTRUCTUS*

* His adnotationibus non commentarium de re topographica perfectum atque absolutum conscribere, sed Caballini verba illustrare tantum tentavi. Quamobrem non omnes voces explicandas censui. Commentationes, in quibus verba auctorum antiquorum et recentiorum de Urbe Roma disputantium enuntiata sunt, imprimis memoratu dignas existimavi.

Albula 6,11,1; 6,41,3; 8,13,3 (NO): De Albulae testimoniis antiquis vide Wissowa, 1916–1924, col. 934. Cf. Richardson, 1992, p. 5.

Altare Sancti Salvatoris Lateranensis 3,10,3 (NO)

Angulia Caesaris 7,1,3

Ara Iovis 1,6,10

Ara Maxima Herculis 6,25,3

Ara Solis 6,31,2

Ara Virtutis 2,3,15

Arca Noe 6,8,1: *Arca Noe* ex *arcu Nervae*, Foro Nervae confini, corrupta est; nomen rectum apud Anonymum Magliabechianum (VZ, 4, p. 142) et Nicolaum Signorili (VZ, 4, p. 198) legitur. De hac urbis regione vide Lanciani, 1901, pp. 30–42.

Asylum 8,10,4: Vide ad *regionem Campitelli et Sancti Hadriani.* Cf. Richardson, 1992, p. 40; Steinby, 1993, p. 130.

Atinianum 6,18,1: Idem nomen (*Antignanum*) Ioannis Dondus (VZ, 4, p. 73) memoravit. De *loco qui vocatur Antinianum* (circa annum 1300) vide Tomassetti, 1879, p. 134, n. 2. De variis Thermarum Antoniniarum nominis corruptionibus vide Jordan-Huelsen, 1, 3, 1907, p. 191, cum n. 25: *Latinianum (= palatium Latini regis)* tamen apud Caballinum non invenitur. *Palatium Antonianum (Antonini)* ab s. XIV usque ad s. XVI saepissime legitur. Vide Marchetti, 1915, p. 351.

Aurelia (habitatio) 6,13,1

Balneum imperiale 7,6,11: Dubium haud potest esse quin nymphaeo Aquae Iuliae, quam Caballinus cum Aqua Claudia confudit, aequandum sit hoc balneum. De nymphaei vestigiis vide Nash, 1968, pp. 125–126. Cf. Richardson, 1992, pp. 270–271.

Campus Carlei 8,1,2: Ex campo Caruleonis, nominis ad quendam Kaloleonem attinentis, corruptus est. Vide Valentini-Zucchetti, 3, p. 264, n. 8; Cecchelli, 1959, p. 141; Meneghini, 1993, p. 87. Cuius memoria in ecclesia Sanctae Mariae in Campo Carlei (VZ, 3, p. 264), anno 1884 diruta (cf. Huelsen, 1927, p. 319), servata est et adhuc in via, quae di Campo Carleo vulgo dicitur, servatur. De tota regione amplius disseruit Meneghini, 1993 (ubi omnes commentationes superiores invenies). Caballinus hunc campum et lacum Curtium in foro Romano situm (de quo vide Platner-Ashby, 1929,

Sixtus papa IV annis 1475–1477. Vide Fagiolo-Madonna, 1985, pp. 104 et 118.

Exquiliae 6,21,4; 6,29,5; 6; 7,6,6

Ficus ruminalis 6,20,2; 10,1,4

Forma Claudia 6,29,6; 7,6,11: Vide ad *balneum imperiale*.

Forum Traiani 8,10,5: Vide Richardson, 1992, pp. 175–178.

Grifi (nunc Pantano Borghese) vulgo dictus 8,6,1: De civitate vulgo Grifi dicta necnon vicino Columnensium castro vide Tomassetti, 3, pp. 576–580, imprimis p. 578, n. a, ubi nonnulla instrumenta s. XIV exeunte conscripta, quae ad Cerronum gentem attinent, laudantur. De grypi legenda a Caballino memorata alium fontem non legi.

Insula Lycaonia 7,6,2–4: Media aetate insula Tiberina saepe insula Lycaonia appellabatur. De hoc incerti originis nomine vide ante omnes Besnier, 1902, imprimis pp. 76–87. De ipsa insula vide Richardson, 1992, pp. 209–210.

Lacus Curtius (8,1,2): Vide ad *campum Carlei*.

Locus iustitiae 6,29,3–4: Vide ad *carnarium*.

Lupercal 5,3,1–2; 6,14,1: Caballinus Lupercal a Lupercis non distinxit.

Macellum Liberiae 6,29,7: Hoc macellum, recte macellum Liviae appellatum (cf. Richardson, 1992, p. 241), in Esquilino monte erexit et ab uxore Livia nominavit Augustus. Nomen a Caballino fictum colligitur ex Libro Pontificali, ubi macellum Liviae bis cum Liberio papa (*macellum Libiae*: Liber Pontificalis, 1, pp. 208 et 232) collatum est. Caballinus sic *Polistoriae* fontem revelavit, quem numquam nominatim laudavit (neque ita in margine Vat. Lat. 1927, ubi folio 84v confessus est: ... *ut habetur in Coronica* [sic] *dicti pape Gelasii quasi in fine, quam vidi et perlegi pluries, otiosus*...; cf. Miglio, 1981, p. 365).

Marfoli vulgo dictus 8,10,4: Vide ad *Marforio vulgo dictus*.

Marforio vulgo dictus (8,10,4): Haec statua deum fluvialem, fortasse Tiberim (vide Anonymum Einsiedlensem: VZ, 4, p. 177, cum n. 2) vel Oceanum, exprimit; quae per totum medium aevum ante ecclesiam Sanctae Martinae (vulgo dei SS. Luca e Martina) atque Tullianum (quod medii aevi auctores privatam Mamertini appellabant, quodque vulgo cappella di S. Pietro in Carcere dicitur) iacebat. In *Mirabilibus* (VZ, 3, p. 54; cf. p. 25) eo loco fictum Martis templum collocatum est. Vide Pietran-

geli, 1957, necnon 1978b, pp. 76–78; vide etiam Marchetti, 1915, pp. 101–102. Recentiores simulacri vicissitudines narravit D'Onofrio, 1986, pp. 260–265. Marforio a medii aevi auctoribus ex Martis foro, alio fori Augusti (ubi templum Martis Ultoris erectum erat) nomine, corruptus est. Cf. Jordan, 2, 1871, pp. 213 et 472. Origo autem alterius nominis, i. e. Marfoli, multo est obscurior. Gregorovium, qui nomen ex quodam Nardo Marfuli deducere voluit (cf. *Storia della città di Roma nel Medio Evo*, 2, 1900, p. 186, n. 50; necnon 4, 1901, p. 336, n. 171), non approbaverunt plerique viri docti. Immo nomen Marfoli medio aevo exeunte ex Marforio mutatum esse videtur; novum illud nomen Caballinus primum, ni omnia fallunt, laudavit. De etymologia a filio Martis bellicosi tracta mentionem fecit Du Jardin, 1932–1933, p. 76 (hunc filium Romulum esse putans), sed eam ad Marforio, non ad Marfoli (quod nomen non cognovisse videtur) attinere arbitratus est. Praeterea variae lectiones a codicibus exhibitae si non nomen Marfoli at certe eius explicationem a Martis filio deductam non inter omnes constetisse declarant. Statua cum ipso Marte potius quam cum eius filio conferri solebat itaque lectiones codicum **NO** communem opinionem restituere videntur.

Marmorata 8,12,1–2: Vide ad *regionem Ripae et Marmoratae.*

Mausoleum Augusti imperatoris (8,3,7 [NO]): Vide ad *palatium Octaviani.*

Memoria Cymbrorum 6,29,7; 7,6,11; 8,1,7 (NO): Hoc monumentum, supra Aquae Iuliae piscinae ruinas erectum, anno 1590 a Sixto papa V in Capitolium transpositum est, ubi adhuc exstat. Cf. Nash, 1968, p. 126. A medii aevi auctoribus cum Mario consule eiusque de Cymbris triumpho collatum est (cf. e. g. *Mirabilia*: VZ, 3, p. 60; Petrarcam: VZ, 4, p. 8; vide Tedeschi Grisanti, 1977, pp. 30–33). Vera Marii tropaea, de quibus mentionem fecit Valerius Maximus (6,9,14; 2,5,6; 4,4,8: quos locos Caballinus non laudavit!), perierunt. Cf. Platner-Ashby, 1929, pp. 363–364 et 541–542; Richardson, 1992, pp. 270–271. Caballinus primus de monumento amplius disputavit; de Mario molis auctore ante Pyrrhum Ligorium nemo fuit qui dubitaret. Cf. Tedeschi Grisanti, 1977, pp. 52–55. Vide etiam quae de Cymbrorum memoria regioneque circa eam sita disputaverunt Tedeschi Grisanti, 1990, et Cancellieri, 1990.

pp. 135–136) ex Varrone (*Ling.* 5) descripsit, Caballino non iam sunt notae.

Mons Marus (vulgo Monte Mario) 6,35,5: Vide Tomassetti, 3, pp. 22–29.

Mons Palatinus TIT,7; 5,3,1; 6,14,1; 6,20,2; 7,2,1–3; 9,1,6: Vide Platner-Ashby, 1929, pp. 374–380; Lugli, 1, 1930, pp. 241–253; Coarelli, 1980, pp. 124–125; Richardson, 1992, pp. 279–282. Idem nomen quod Caballinus memorat in *Mirabilibus* (VZ, 3, p. 20) legitur.

Mons Pertuso vulgo dictus 6,38,3: De hoc monte apud nullum alium auctorem legi.

Mons Quirinalis TIT,7; 6,21,4; 6,29,4; 7,5,1; 3; 6; 8,1,1: Vide Platner-Ashby, 1929, pp. 436–438; Lugli, 3, 1938, pp. 294–297; Coarelli, 1980, pp. 236–239; Richardson, 1992, pp. 324–326. Inde ab antiquis temporibus mons Quirinalis cum Quirini religione cohaerebat; vide e. g. Ovid., *Fast.* 2,475–476 et 511.

Mons Sacer 7,4,4; 8,2,3 (NO): Vide ad *montem Aventinum.*

Mons Saturnalis TIT,7; 7,3,1: Vide ad *montem Capitolinum.*

Mons Superaius 7,6,1: Vide ad *montem Viminalem.*

Mons Tarpei 1,2,2; 1,11,3; 4; 7,3,6: Vide ad *montem Capitolinum.*

Mons Testaceus (vulgo Monte Testaccio) 6,20,2; 6,41,4: De hoc monte fusius disseruit Rodríguez Almeida, 1984, ubi imprimis pp. 121–123 ad rem nostram attinent. Vide etiam Tomassetti, 5, pp. 34–50; Platner-Ashby, 1929, pp. 512–513; Nash, 1968, p. 411–413; Richardson, 1992, p. 380. Tributorum legenda cum monte Testaceo collata non ante s. XIV memorata esse videtur: confer librum s. XIV confectum, qui vulgo *Imperiale* dicitur (apud Graf, 1923, pp. 120–121), Petrum Paulum Vergerium (VZ, 4, p. 98, cum n. 6), Flavium Blondum (VZ, 4, p. 315), Ioannem Rucellai (VZ, 4, p. 417). De ludis Carnelevariis in monte Testaceo (necnon platea Agonis, vulgo Piazza Navona dicta) factis, quibus haec tributa saepe ostendi solebant, vide Tomassetti, 5, pp. 36–37; Clementi, 1899, pp. 22–55, imprimis pp. 33–44 (ludorum descriptio). Ante s. XV de his ludis pauca tantum leguntur.

Mons vade Neapolim dictus 7,5,3: Vide ad *montem Quirinalem.* Hoc cognomen monti Quirinali impositum ad Vergilii legendam medio aevo exeunte ortam attinet, qua nomen Magnana-

poli vulgo dictum (cuius memoriam adhuc servat Piazza Magnanapoli quae vulgo dicitur) explicabatur. De hoc nomine eiusque variis etymologiis vide Meneghini, 1993, pp. 96 et 98. Legenda etiam in *Mirabilibus* s. XIV recognitis (VZ, 3, p. 183, cum n. 1) necnon apud Anonymum Magliabechianum (VZ, 4, p. 124) invenitur, quamvis falso cum monte Viminali collata.

Mons Viminalis TIT,7; 6,21,4; 7,6,1; 6: Vide Platner-Ashby, 1929, pp. 581–582; Lugli, 3, 1938, pp. 346–348; Coarelli, 1980, pp. 236–237; Richardson, 1992, p. 431. Inter portam Collinam et Esquilinam muri Serviani antiquitus aggere muniti erant, ex quo duae urbis regiones nomen traxerunt, nempe *Sub aggere* (cf. *Curiosum urbis Romae*: VZ, 1, p. 106) et *Super aggerem.* Medio deinde aevo *Superage* vel *Superagius*, ex *Super aggere* corruptus, tractum circa ecclesiam Sanctae Mariae Maioris situm denominavit. Vide De Rossi, 1889, pp. 206–208; Lanciani, 1897, p. 62; Platner-Ashby, 1929, pp. 354–355; Valentini-Zucchetti, 1, pp. 105–106, n. 7. S. XIV hoc nomen, pro monte Viminali dictum, solum apud Caballinum et in codice Vaticano Rossiano 37, olim VIIª37, *Mirabilium* recognitionem servante (fol. 84v: *Mons Superaius, .i. ubi nunc est ecclesia Sancte Marie Maioris*) legi videtur.

Montes marmorei 6,25,2: De montibus marmoreis (sive campis marmoreis) apud nullum auctorem legi. Vide tamen Lanciani, 1, 1989, pp. 242–243 et 259: *vallis marmorea, rivus aque magnus della marmorata, via publica vocata la marmorata, locus dictus la marmorea* (1518), *cursus ri(v)uli vocati l'acqua della marmorea* (1521). Vide etiam Lanciani, 1, 1989, p. 46; Frutaz, 1962, tab. 178: *Marmorata* in hac regione sita (1547).

Palatium (magnum, maius) 5,7,1; 8,1,6

Palatium Octaviani 8,3,7 (NO): Hoc palatium imperatoris Augusti mausoleo (vide Richardson, 1992, pp. 247–249) aequandum videtur. In *Mirabilibus* fit mentio de palatio Octaviani (VZ, 3, p. 22), quod tamen ab Augusti imperatoris mausoleo (VZ, 3, p. 47) differt. Hoc monumentum per totum medium aevum bene notum erat ac compluribus eius regionis nominibus memorabatur. Cf. Platner-Ashby, 1929, p. 335.

Pantheon 6,31,3; 8,9,1: Vide Richardson, 1992, pp. 283–286. De Cybelae legenda vide *Mirabilia* (VZ, 3, pp. 34–35; cf. pp. 44–45).

formam (Frutaz, 1962, tab. 159) et Anonymum Magliabechianum (VZ, 4, p. 126). Eaedem ruinae palatium Pinci regis *Mirabilium* recognitione s. XIV facta (VZ, 3, p. 181) appellatae sunt. Portam Corneliam et Pincianam praeter Caballinum confudit Anonymus Magliabechianus (VZ, 4, p. 116, cum n. 2).

Porta Portuensis (vulgo Porta Portese) TIT,6; 6,41,1: Vide Tomassetti, 6, pp. 314–318; Cozza, 1987–1988, pp. 145–147. Antiquae portae anno 1643 ab Urbano papa VIII dirutae successit recentior porta paulo ab ea distans, quae adhuc exstat. Ante Caballinum nemo alio nomine eam appellavit; postea vero varii auctores variis nominibus eam donaverunt, puta portam Carminiam, Carmineam, Carmentalem (apud Anonymum Magliabechianum: VZ, 4, pp. 114; 116; 124), portam Ripae (apud Franciscum Albertini: VZ, 4, p. 465), portam Navalem (apud s. XVI anonymum, qui Bartholomaeum Marlianum exscripsit: Marchetti, 1915, pp. 46 et 82). Portam Sancti Francisci, a vicina Sancti Francisci ecclesia (vulgo S. Franceso a Ripa) dictam, eam unus Caballinus vocavit. Item Portae Aureliae eam aequavit solus noster. Ad etymologiam a Caballino fictam confer Aureae nomen portae Aureliae (= Sancti Pancratii) in *Mirabilibus* (VZ, 3, p. 18, cum n. 5) appositum. Porta Erea et Raudera necnon Porta Lauduscolana falso ex Val. Max. 5,6,3 est ficta. Cum Valerius Maximus raudera non nomen portae sed vocabulum antiquum pro aeribus dictum memorasset, Caballinus raudera cum tributis, de quibus mentionem fecit, contulit. Lauduscolanae nomen ex murorum Servianorum porta Raudusculana (de recto nomine vide *Fontes*, 1, pp. 191–192) corruptum est; Caballinus hoc nomen suo Marte explanare conatus est nec Valerium Maximum aliam expositionem referre vidit.

Porta Praenestina (vulgo Porta Maggiore) (6,29,1–8): Vide Tomassetti, 3, pp. 446–458. Inde a s. X Maior est appellata. Nisi fallor, solus Caballinus Portam Praenestinam et Portam Esquilinam confudit.

Porta Raudusculana (6,41,5): Vide ad *Portam Portuensem*.

Porta Salaria TIT,6; 6,32,1: Haec porta, anno 1870 quasi funditus eversa et renovata anno 1873, anno 1921 demum est diruta. Vide Tomassetti, 6, pp. 28–33; Cozza, 1993,

num: VZ, 4, p. 168) et aliis auctoribus usque ad Bartholomaeum Marlianum (*Topographiae* primae editionis fol. 20r) est iterata. Vide Marchetti, 1915, p. 83. Ad lutum, quo regio circa hanc portam sita inquinabatur, lege quae dixerunt urbis statuta (*Statuti*, pp. 187 [c. 190] et 188 [c. 193]; vide Tomassetti, 2, p. 574).

Porta Solaria 6,32,2–3: Vide ad *Portam Salariam.*

Porta Stercoraria TIT,6; 6,36,1: Vide ad *Portam Sancti Peregrini.*

Porta Taurina TIT,6; 6,30,1: Vide ad *Portam Tiburtinam.*

Porta Terrione (vulgo Porta Cavalleggeri) (6,37,1–3): A regione extra hanc portam sita (cf. Nicolaum Signorili: VZ, 4, p. 169) est appellata. Confer etiam nomen ecclesiae Sancti Salvatoris in Terrione, iam anno 1053 memoratae, de qua vide Huelsen, 1927, pp. 454–455. Stephani Dupérac forma (1577) exhibet nomen recentius, a papalibus equitibus levis armaturae ibi locatis dictum (cf. Frutaz, 1962, tab. 251). Vide Tomassetti, 2, pp. 568–569. Porta Tyronum nusquam alias invenitur. In codicibus NO quattuor alia nomina leguntur, quamvis omnia ad eandem portam attinere haud constet. Cur Porta Terrione Portae Naeviae aequata sit valde incertum est (cf. tamen Valentini-Zucchetti, 4, pp. 38–39, n. 2). De Porta de Nibio mentionem fecit Antonius Petri (*Porta delli Nibbii*: RIS[2], 24, 5, p. 38, cum n. 6; locus laudatus a Valentini-Zucchetti, 4, pp. 38–39, n. 2). Porta Tyrona et Tusca non nisi in *Polistoria* apparent.

Porta Tiburtina (vulgo Porta S. Lorenzo) 6,30,2: Vide Tomassetti, 6, pp. 500–509. Alia nomina a Caballino memorata ab initio medii aevi inveniuntur atque una cum nomine antiquo in *Mirabilibus* (VZ, 3, p. 18) leguntur. De taurorum capitum legenda, quam iam *Miracole* vulgo compositae exhibent (VZ, 3, p. 135), vide Tomassetti, 6, p. 509, n. 1. Caballinus hoc nomen eodem modo quo Portae Asinariae nomen interpretatus est. De regione Capitis Tauri in *Libro Pontificali* (1, pp. 127 et 258) fit mentio; de Foro Tauri vide Jordan-Huelsen, 1, 3, 1907, pp. 369–370; Richardson, 1992, p. 175.

Porta Tironum 6,37,1: Vide ad *Portam Terrione.*

Porta Trigemina 6,23,2–3; 6,24,2; 6,41,4: Vide Tomassetti 5, pp. 14–22 (de variis nominibus vide pp. 18–19). Quod sciam, Porta Trigemina cum Porta Ostiensi ante Caballinum non confusa est; quem errorem, Livio (6,16,2) falso intellecto, iteravit Flavius Blondus (VZ, 4, p. 264).

quadam cum ecclesia Sancti Laurentii coniuncta vide Buchowiecki, 2, 1969, pp. 268–269; Pietrangeli, 1980, p. 92. Caballinus etymologiam a regionis insignibus traxit.

Regio Campitelli et Sancti Hadriani (vulgo rione X Campitelli) TIT,8; 8,10,1–4: Nomen Campitelli ad Capitolium attinere veri simile est. Quamquam Caballinus hoc nomen diminutivum interpretatus est, regio haud in numero minimarum est ducenda. Ecclesia Sancti Hadriani s. VII constructa est in Curia Iulia, a Diocletiano imperatore refecta; quam Caballinus post *Mirabilia* (*templum Refugii, id est Sanctus Adrianus*: VZ, 3, pp. 54–55) falso asylo, ex Liv., 1,8,5–6 noto, aequavit. Ecclesia annis 1930–1936, quibus antiqua Curia est renovata, diruta est. Cf. Pietrangeli, 1979b, pp. 62–67.

Regio Columnae et Sanctae Mariae in Aquiro (vulgo rione III Colonna) TIT,8; 8,3,1; 6–9: Marcus Aurelius imperator hac columna victorias de Marcomannis et Sarmatis reportatas illustravit. Ad Antonii nomen confer columnam vulgo Antoniana dictam in Alexandri Strozzi forma (Frutaz, 1962, tab. 159). Marci Aurelii ingentia palatia a Caballino memorata generaliter sunt interpretanda (cf. *Mirabilia* [VZ, 3, p. 22, cum n. 1]: *palatium Antonini*), si quidem monumenta ab Antoninis in ea regione erecta multo post Caballinum sunt inventa. Quamvis Caballinus imagines exsculptas nequaquam intelligeret, columnae tamen altitudinem satis exactam rettulit. Altera nominis pars ad Cyrum quendam cum ecclesia quodam modo coniunctum attinere videtur. Cf. Huelsen, 1927, pp. 310–311; Pietrangeli, 1982, p. 64.

Regio Montium et Biberaticae (vulgo rione I Monti) TIT,8; 6,29,4; 8,1,1–2; 4: Haec regio a tribus montibus, monte Quirinali, Esquilino necnon montis Caelii parte, est nominata. Praeterea etiam Viminalem montem inclusit. S. XIV duplo quam hodie maius spatium occupabat, ita ut vel maxima Romae regio exsisteret. Biberaticae nomine regio prope forum Traiani sita per medium aevum appellabatur, quod nomen fortasse ex (via) Piperatica, a piperis tabernis dicta, corruptum est. Cf. Gregorovium, 1903, 10,7,5; Valentini-Zucchetti, 3, p. 173, n. 1; Nash, 1968, p. 49 (vide tamen Coarelli, 1980, p. 117, qui nomen Viae Biberaticae antiquum aestimat; cui assensus esse videtur Meneghini, 1993, p. 99). Haec regio in-

ter omnes singulari auctoritate et pondere fruebatur, cui Caballinus allusit; cum vero regio Transtiberim hanc dignitatem non agnosceret, de earum ordine identidem inter se rixabantur homines. Vide Barroero, 1982, p. 6.

Regio Parionis et Sanctorum Laurentii et Damasi (vulgo rione VI Parione) TIT,8; 8,6,1–3: Etymologia nominis parionis, quamvis satis incerta, potius ad parietem quam ad apparitorem vel Parionum gentem attinere videtur. Cf. Valentini-Zucchetti, 3, p. 49, n. 1; Pericoli Ridolfini, 1973, p. 5. De antiquo titulo Laurentii, renovato a Damaso papa (366–384) atque s. XV exeunte cum novo palatio della Cancelleria quod vulgo dicitur concorporato, vide Krautheimer, 2, 2, 1963, pp. 147–153; Pericoli Ridolfini, 1980, pp. 108–124.

Regio Pineae et Sancti Marci (vulgo rione IX Pigna) TIT,8; 8,9,1; 3–5: Per medium aevum spatium paulo quam hodie maius occupabat. Pinea aerea a Caballino memorata unum ex templi Isidis (de quo vide Platner-Ashby, 1929, pp. 283–285; Richardson, 1992, pp. 211–212) fontibus ornabat, antequam circa annum 1000 in basilicam Vaticanam transposita est. Adhuc in aula della Pigna quae vulgo dicitur suspici potest. Cf. Jordan-Huelsen, 1, 3, 1907, pp. 569–570; Nash, 1968, pp. 270–271. In *Mirabilibus* (VZ, 3, pp. 44–45) pinea in summo templo Pantheon supra Cybelae simulacrum statuta esse legitur. Caballinus vero Cybelam omittens expositionem ad ecclesiam Sancti Stephani de Pinea (confer ecclesiam quae vulgo dicitur dei SS. Cosma e Damiano de Pinea, a Gregorio papa XIII [1572–1585] dirutam, necnon ecclesiam vulgo dictam S. Giovanni della Pigna, quae adhuc exstat) accommodavit, quae etiam vulgo appellatur del Cacco a simii Aegyptiaci (macacco vulgo nominati) statua inter vestigia templi Isidis ibi collocati reperta; quae statua usque ad medium aevum exiens ibi remansit. Cf. Jordan-Huelsen, 1, 3, 1907, p. 569, cum n. 29; Pietrangeli, 1980c, pp. 82–85). Caballinus hunc Macacco vel Cacco qui dicitur perperam Caco, ex Liv. 1,7,5–7 noto, aequavit; quem Cacum nescio an eo Evandri pastorem putaverit, quod apud Livium Evander Caco proxime accederet (vide etiam Serv., *Aen.* 8,190: *servum ac furem Evandri*). Item regionem Caci, quam apud nullum alium auctorem legi, a Caballino confictam esse suspicor. Caci speluncam sub montem

νον nec tamen fictum commenticiumque esse videtur, siquidem aquimolinae usque ad s. XIX finem Tiberi innatabant. Vide Gallavotti Cavallero, 1977, pp. 15; 17; 19; 29; 37. Utrum Caballinus Marmoratam an Moleratam scripserit haud mihi liquet. Nomen Marmoratae memoriae est traditum atque a codice G exhibetur; econtra dubium non est quin *ἔτυμον* ad Moleratae nomen attineat. Quae cum ita sint, nescio an duo nomina in *Polistoriae* codicibus laudata ad Caballinum redeant.

Regio Sancti Angeli (vulgo rione XI Angelo) TIT,8; 8,11,1–2: Adhuc urbis minima regio est, quamvis recentioribus temporibus spatium eius paulo amplius extensum sit. Praeterea sola est regio, cui numquam alterum nomen additum est.

Regio Sancti Eustachii et Vineae Tedemarii (vulgo rione VIII S. Eustachio) TIT,8; 8,8,1: Ante annum 1743, quo Benedictus papa XIV urbis regiones novis finibus circumscripsit, spatium multo minus occupabat. Cf. Pericoli Ridolfini, 1980b, p. 5. De ecclesia Sancti Eustachii, qui nomen regioni dedit, vide Armellini-Cecchelli, 1942, pp. 525–530. Pingiatas Demarii non nisi apud Caballinum legi; ab ipso Caballino vel librario ex vinea Tedemarii corruptae esse videntur (cf. Gnoli, 1939, p. 264). Quamquam multi fabri in ea regione operabantur, quorum memoriam adhuc servant varia viarum nomina, ut dei Giubbonari, Chiavari, Chiodaroli, Falegnami, Staderari, Pianellari vulgo dictae (cf. Pericoli Ridolfini, 1980b, p. 8), de figulis numquam fit mentio. De Tedemario vineae possessore vide Marchetti Longhi, 1919, pp. 408–409.

Regio Tauri 6,30,1: Vide ad *Portam Tiburtinam.*

Regio Transtiberim (vulgo rione XIV Trastevere) TIT,8; 6,41,3; 8,13,1–4: Haec regio circa annum 1300 constituta est. Ad aliarum regionum dominium, de quo regiones Montium et Transtiberim inter se contenderunt, vide quae dixi ad *regionem Montium et Biberaticae.*

Regio Trivii et Viae Latae (vulgo rione II Trevi) TIT,8; 8,2,1; 6–9: Trivium, a quo haec regio dicta est, in platea, quae Piazzetta dei Crociferi vulgo appellatur, adhuc exstat. Cf. Negro, 1980, p. 5. Altera nominis pars ad tractum viae Flaminiae intra muros Aurelianos situm attinet, cuius memoriam ecclesia quae vulgo dicitur S. Maria in Via Lata necnon (parva) via

BIBLIOTHECA TEVBNERIANA

Karolellus
atque Pseudo-Turpini
Historia Karoli Magni et Rotholandi

recensuit
P. G. Schmidt

1995. ca. 288 Seiten. ca. DM/SFr 110,– ÖS 814,–
Best.-Nr. 1952

Die gegen 1140 entstandene ‚Historia Karoli Magni et Rotholandi' gehört zu den wirkungsmächtigsten Texten des lateinischen Mittelalters. Die angeblich von dem Reimser Erzbischof Turpin verfaßte Schrift schildert die Kämpfe Karls des Großen gegen die Heiden in Spanien.
Die in mehr als hundert Handschriften überlieferte Prosafassung der ‚Historia' ist in einer größeren Zahl von Versionen und Textstufen erhalten. Angesichts dieser Überlieferungssituation haben die bisherigen Herausgeber jeweils die Textfassungen einzelner Handschriften ediert: C. Meredith-Jones (1936), H. Smyser (1937), A. Hämel (1965) und H. W. Klein (1986). Die vorliegende Edition folgt dieser Verfahrensweise und bietet den im Codex London Harley 6358 in hoher Qualität überlieferten Text der Prosafassung.
Gegen 1200 versifizierte ein nicht bekannter Autor in über 2000 meist gereimten Hexametern die ‚Historia', der er den Namen ‚Karolellus' gab. Diese Versfassung wurde um 1500 gedruckt und 1855 auf der Basis der Inkunabel von Merzdorf in mangelhafter Form erneut publiziert. Die kritische Edition will einen Beitrag zum Nachleben Karls des Großen in der Dichtung des Mittelalters leisten und durch die Gegenüberstellung von Prosa- und Versfassung die poetologische Leistung des anonymen Versifikators sichtbar machen.



B. G. TEUBNER STUTTGART UND LEIPZIG